iusdem Literae de an. 1226. quibus executionem contra Episcopum, et Capitulum Zagrabiense in causa decimarum Simeghiensium pro Abbate montis Pannoniae Regi Andreae II. peragendam defert. 50.) Literae Andreae II. R. adiudicatoriae d. a. 1228. quibus Symoni militi de Arragonia priuilegium de terra Ruhitukeuri renouat. 51.) Sententia Andreae II. R. d. a. 1228. per quam Serui de villa Wdvard Ecclesiae S. Bened. supra Grana refractarii in semirasura capitis condemnantur. 52.) Adiudicatoriae Andreae II. R. d. a. 1228. terrarum, quas Praepositus de Chorna ex collatione Comitis Osl possidet. 53.) Mandatum Andreae II. d. a. 1228. quo Comiti Hectori duellum per pugiles imponitur. 54.) Adiudicatoriae Andreae II. pro C. Symone super villa Martini an. 1230. emanatae. 55.) Donatio C. Osl, et fratrum d. a. 1230. villarum, et molendinorum pro monasterio de Chorna. 56.) Priuilegium Andreae II. d. a. 1230. pro hospitibus Theutonicis de Zotthmár - Nimethy. 57.) Donatio C. Sebis, Nitriensis d. a. 1231. super 10. marcis argenti annuatim Ecclesiae montis S. Mariae, filiae S. Crucis in Austria praestandis. 58.) Fassio coram Capitulo Eccles. B. Michaelis in Transiluania super medietate terrae Gumbas iuxta Morus per Jowb filium Berch cum consensu Cognatorum, pro 20. marcis argenti Woyvodae Ponsa perennaliter vendita. 59.)

Li-

Literae Gregorii IX. P. d. a. 1231. quibus Abbatibus de Simigio, et de Boccon demandat, conuentionem de decimis inter Capitulum Albenſe, et Monaſterium S. Martini de Pannonia, non impletis conditionibus, pro irrita declarari, difficultatesque Sedi apoſtolicae referri. 60.) Confirmationales Andrae II. d. a. 1232. pro parte C. Symonis ſuper vendita per Judaeum Feha Comitem villa Beſenov. 61.) Confirmationales Gregorii IX. d. a. 1232. Sententiae pro monaſterio Pannoniae montis in cauſa decimarum Simigienſium contra Epiſcopum Weſzprimienſem pronunciatae. 62.) Credentionales Andreae II. d. a. 1232. pro nunciis ad Gregorium IX. P. miſſis de Interdicto per Archiepiſcopum Strigon. lato queſturis. 63.) Decretum Andreae II. d. an. 1232. 64.) Confirmationales Gregorii IX. d. a. 1232. ſuper amica compoſitione litis de decima Simigienſi inter Abbatem S. Martini de Pannonia, Epiſcopum item, et Canonicos Zagrabienſes. 65.) Collationales Andreae II. d. a. 1233. ſuper mille zuanis Salium Sopronii annuatim Conuentui S. Mariae de monte ord. Ciſtercien. dandis. 66.) Literae Gregorii IX. d. a. 1233. quibus Conuentui S. Bened. de Gran facultas conceditur tempore generalis Interdicti Sacra priuatim celebrandi. 67.) Priuilegium diuersarum Libertatum ab Andrea II. Eccleſiae Quinque-Eccleſienſi an. 1235. conceſſum. 68.) Donatio Andreae

II. s. d. pro monaſterio Dominici Bani ſuper terra Grebs, allisque beneficiis. 69.) Eiusdem Confirmationales s. d. ſuper Donatione C. Bors monaſterio S. Mariae de monte facta. 70.) Eiusdem confirmationales s. d. ſuper Priuilegio S. Ladislai Monaſterio de Tata conceſſo. 71.) Statutorium Andreae II. s. d. ad Capitulum Varadienſe pro monaſterio Gregorii filii Apa, Dyenus-Monoſtra vocato.

Tomo II. *Pag.* 447. *continentur Diplomata, et Literae variae Belae IV. et Stephani V.* — 1.) Donatio Belae IV. d. 24. Decemb. 1224. ſuper terra Klokoche de filiis Jobbagionum S. Regis de Goricza oriundis, intus nominatis. 2.) Eiusdem Donatio d. a. 1227. molendini in inſula iuxta Budam pro fratribus S. Auguſtini. 3.) Confirmatorium Eiusdem priuilegiorum paternorum pro Abbate de Gron S. Bened. d. a. 1229. 4.) Literae Eiusdem d. a. 1229. quibus Ponſae filio Potus reſtituit terras, villas, et caſtella in ipſis Literis recenſita. 5.) Confirmationales eiusdem s. d. ſuper terra Grebs pro Abbate montis S. Martini. 6.) Confirmationales eiusdem d. a. 1233. ſuper pactatione foederis inter C. Bors, et Griſeos monaſterii S. Mariae de Monte initi. 7.) Donationales Belae IV. d. a. 1236. ſuper terra Sydan et 500. Zuanis Eccleſiae S. Mariae de Monte datis. 8.) Confirmationales Eiusdem d. a. 1236. ſuper enumeratis Villis

pro

pro Lob, et Thoma. 9.) Teſtimoniales Capituli Jaurinen. d. a. 1236. ſuper donatione Jobbagionis Baka monaſterio de monte S. Mariae facta. 10.) Faſſio Martini filii Magni, et Scegen filii Bulchu ſuper terra in Aracha vendita Michaeli filio Anſoldi a. 1237. coram Capitulo Weſzprimienſi elicita. 11.) Extractus Literarum Gregorii IX. P. quibus Epiſcopo Chanadienſi definitionem litis inter Archiepiſcopum Strigon. et Abbatem S. Bened. de Grann defert. 12.) Adiudicatoriae Dionyſii Palatini d. a. 1239. quibus Pouſa in examine duelli propter furtum ad laqueum condemnatur, Laurentius fugiens ad eccleſiam effuſionem ſanguinis euasurus poſſeſſorium amittit. 13.) Citatoriae Eiusdem d. a. 1239. Poneth de genere Katha, Mathiae, et Nicolai de villa Chenguer propter terram duorum aratrorum ad caſtrum Zathmar. 14.) Confirmationales Belae IV. d. a. 1241. priuilegiorum pro C. Guidonis de Wegla filiis Joanne, Friderico, Batholomaeo, et Guidone. 15.) Noua Donatio Belae IV. d. a. 1243. pro C. Symone Yſpano ſuper terra Chenke cum inſula. 16.) Donatio Belae IV. d. a. 1243. pro Symone, et Bertrando Comitibus ſuper terra Gadundorf. 17.) Confirmationales Belaianae d. a. 1243. collationis per Laurentium Woyuodam Teuthonicis Lentenk factae. 18.) Confirmationales eiusdem d. a. 1243. pro C. Symone de Hiſpania ſuper terra

Ruktukeur ad Supmnium ſita. 19.) Literae Belae IV. d. a. 1243. quibus Praepoſitus Eccleſiae Budenſis reſtituitur in iuriſdictionem villae Budenſis. 20.) Donatio Eiusdem d. a. 1244. ſuper terra Caſtri Hunthenſis Koarſzeg pro Nicolao filio Obick de Zyud. 21.) Belae IV. Tabulae foederis cum Venetis, quibus 1. Julii 1244. Ciuitatem Gadertinam cedit. 22.) Literae Eiusdem d. a. 1244. quibus Farkaſio, et Dauidi indulget in honorem B. Eliſabethae exſtruere eccleſiam. 23.) Exemtionales eiusdem d. a. 1246. pro hoſpitibus in poſſeſſionibus Galli epiſcopi Tranſiluaniae a iudicio Waiuodae, et Comitum parochialium. 24.) Statutorium Eiusdem d. 31. Mart. 1247. in terra Sarkan pro C. Bechend filio Nicolai. 25.) Donatio eiusdem d. 3. Jun. 1247. pro Reimbaldo Domorum Hoſpitalis Hieroſolymitani magno Praeceptore ſuper tota terra Zewrino. 26.) Donatio eiusdem d. a. 1248. pro Lamperto Epiſcopo Agrienſi ſuper villa Cherep in Borsodienſi, Chege in Zaholcenſi Comitatu, cum facultate erigendi caſtrum in Finserku, et Kereku. 27.) Confirmationales d. a. 1251. pro Friderico, Bartholomaeo, et Guidone filiis Guidonis, Comitibus Weglae ſuper donatione Comitatus de Modoros. 28.) Literae Innocentii IV. d. 17. Decemb. 1252. quibus Abbas Gavo per Conuentum S. Martini de Pannonia electus confirmatur. 29.) Confirmationales Belae

lae IV. d. 27. Maii 1253. pro fratribus Ord. Praemonſt. Eccl. S. Mich. in inſula Budenſi ſuper villa Vuginey. 30.) Priuilegium Belae IV. d. 1253. quo Ciuitas Vagh-Ujhel pronunciatur libera. 31.) Literae ſupplices Capituli Budenſis d. 1. Jun. 1253. quibus Pontif. Innocentium rogat pro confirmatione Priuilegii Geyſae II. R. in tranſumto miſſum. 32.) Priuilegium Belae IV. d. a. 1254. pro hoſpitibus de Dobroya, et Babaſzeki. 33.) Coordinatio tributi Comiti Jaurinenſi in Jaurino, Abada, et Fyzegtu per Belam IV. 24. April. 1255. praeſcripti. 34.) Collationales Belae IV. d. 25. Jul. 1255. pro monialibus de inſula Leporum ſuper tributo fori in, et extra Caſtrum Peſtienſe. 35.) Fundationales Belae IV. d. 25. Jul. 1255. ſuper Coenobio Virginum in inſula Danubii. 36.) Confirmationales Eiusdem d. a. 1255. ſuper Priuilegiis Conuentus de Jaſzow per Tartaros combuſtis. 37.) Priuilegium dinerſorum, beneficiorum, quod Bela IV. 14. Aug. 1256. Abbati de S. Cruce in Auſtria largitus eſt. 38.) Priuilegium eiusdem d. 16. Decemb. 1256. pro Archiepiſcopo Strigonienſi. 39.) Aliud eiusdem s. d. pro Praepoſito Budenſi. 40.) Donatio eiusdem d. a. 1257. pro C. Bertrándo ſuper tribus villis Chalád ad caſtrum Zulgageurienſi pertinentibus. 41.) Indulgentionales ſuper libera diſponendi facultate deficienti in ſemine Comiti Nana de genere Kalan an. 1257.

1257. per Belam IV. elargitae. 42.) Sententia duelli per Belam IV. a. 1258. lata in cauſa Patronatus monaſteriorum Petur, Monuſtura, et Dyenus Monuſtura. 43.) Priuilegium Belae IV. d. 4. Septemb. 1258. quo Ciues Caſtri Nitrienſis libertate ciuium Albenſium donantur. 44.) Noua Donatio Belae IV. pro monaſterio S. Mariae de monte Ord. Ciſtercien. ſuper medietate terrae Sydan. 45.) Donatio eiusdem d. a. 1260. pro Feldrico, et Bartholomaeo de Wegla ſuper Ciuitate Scen ad litus maris. 46.) Literae Alexandri P. R. d. a. 1260. quibus Rex requiritur, vt villam Tata monaſterio Ord. S. Bened. Tatenſi reſtitui faciat. 47.) Priuilegium Belae IV. Eccleſiae Agrienſi an. 1261. elargitum. 48.) Breue Urbani IV. R. P. d. 9. Jun. 1262. quo Ordini Ciſtercienſium facultatem dat tempore generalis edicti in monaſteriis diuina celebrandi. 49.) Confirmationales Belae IV. d. 18. Mart. 1263. ſuper teſtamento, quo Deodatus villam Tata legauit monaſterio B. Petri, et Pauli de Tata. 50.) Priuilegium eiusdem d. 7. Octob. 1263. quo Feldricum, et Bartholomaeum de Wegla ſingularibus praerogatiuis donat. 51.) Collationales Belae IV. d. a. 1263. pro monaſterio S. Martini de monte Pannoniae ſuper poſſeſſionibus Vágh-Ujhely, Lubow, Szerdahel, Podhorica in Comitatu Nitrienſi. 52.) Extractus Literarum d. a. 1264. quibus Vlricus Chrumbach monaſterio de

mon-

monte S. Mariae confert vnum molendinum. 53.) Literae Belae IV. d. a. 1265. super cambio terrarum in Zagana inter Rorandum totius Sclauon. Banum, et Comitem Farkasium. 54.) Literae Belae IV. d. a. 1265. quibus Salamoni, Saul, et Saulus filiis eiusdem, et Cognatis ipsorum de villa Padan Regni Nobilibus adnumerantur. 55.) Relationales d. a. 1265. Capituli Jaurinensis super reambulatione metarum in tribus villis Schalad C. Bertrando) de Mortun collatis. 56.) Confirmationales Belae IV. d. 5. Maii 1266. super Donatione C. Nana filii C. Pousae de genere Kalan monasterio Monialium de insula B. V. facta. 57.) Literae Capituli Zagrabiensis d. 25. Aug. 1266. super cambio terrarum inter Rorandum Banum, item Petrum, Mathiam, et Crisan filios Comitis Bohoneg. 58.) Extractus Literarum, quibus Bela IV. an. 1267. fratribus de monte S. Mariae Ord. Cistercien. confirmat exactionem Chibrionum. 59.) Literae Eiusdem, quibus an. 1267. Ecclesiae B. Michaelis de Weszprimio restituit villam Bylga. 60.) Adiudicatoriae, quibus Bela IV. an. 1267. Ponyth in poena calumniae convicti possessiones adiudicat Komyno, Reinoldo, Gak, Georg. et Martino de Ond, Isep, et Kevez de Sukurod. 61.) Literae eiusdem d. 8. Nouemb. 1267. super collatione terrarum Vajzlo Ecclesiae B. V. de insula per Petrum, et Paulum Jobbagiones Castri de

Ko-

Koaszth facta. 62.) Literae, quibus Bela IV. an. 1268. impignorat castrum Camarum Henul Comiti Judaeo. 63.) Literae Clementis R. P. d. a. 1268. per quas Hospitalaris S. Joan. Hierosolymitani confirmantur prouentus ab Andrea II. donati in porta de Supron, quae Bobet nominatur. 64.) Testimonales Judicum de Rodna d. a. 1268. super conuentione, et emtione Curiarum, molendinorum, et argenti fodinarum per Comites Henricum, filium Brendlini, et Rothonem. 65.) Literae C. Waltheri Rectoris Castri Buden. et duodecim Juratorum d. 18. Octob. 1268. super conuentione inter Capitulum Budense, et nautas de Pest, quoad obligationem soluendi tertiam partem naulli. 66.) Literae Belae IV. d. a. 1269. quibus Petro Ciui Suprunienfi Castri Suprunienfis terram Dag confert. 67.) Confirmationales Belaianae d. a. 1269. Testamenti, quo Paris filius Alexandri possessiones suas legat Monialibus B. V. de insula iuxta veterem Budam. 68.) Fassio perennalis d. a. 1269. qua Marcus filius Belus medietatem terrae Dycha coram Capitulo Albenfi Transsiluaniae vendit Philippo filio Jacobi. 96.) Transumtum Priuilegiorum d. a. 1270. pro Ecclesia Strigonienfi per Belam IV. confirmatorum. 70.) Conuentio d. a. 1270. coram Capitulo Budenfi inter Demetrium filium Bezler de genere Nanabezler, et Sorores de insula S. Mariae super legato Magistri Nana. 71.) Donatio d. a. 1264. super ter-

terra Nemchich in Comitatu Nitriensi pro C. Gvanka filio Dominici ex defectu Cumani Koncha. 72.) Relatio Capituli Varadiensis d. a. 1260. super Statutione Comitis Mikola in terra Mihedey, et Zomordok. 73.) Literae Stephani Regis iunioris d. a. 1262. quibus Gallo episcopo Transiluaniae confirmat paternum Priuilegium. 74.) Eiusdem Donatio d. a. 1267. pro Marco fratre Dominici Graeci super terris Horlai, et Keer Castri Bachiensis. 75.) Confirmationales Eiusdem d. a. 1268. super terris Petri, et Pauli Jobbagionum Castri de Koaszth Sororibus de insula S. Mariae donatis. 76.) Similes eiusdem d. a. 1260. super Priuilegio paterno Comitibus Friderico, Bartholomaeo, Guidoni, Joanni, filiis Guidonis de Modros, de Wegla, et de Wynodol concesso. 77.) Donatio eiusdem d. a. 1270. sine expressione impetrantium nomine, et designatione terrae impetratae, merita tamen contra Boh. regem ad castrum Kuzeg recensentur. 78.) Literae Steph. V. Regis d. a. 1270. super remissione terrae Sadan per Petrum, et Jakus Castrenses Suprunienses Ecclesiae de monte S. Mariae facta. 79.) Confirmationales Stephani V. d. 2. Maii 1270. pro Comite Tobia filio Wza super particula terrae Castri de Sarus Fulscilua nominatae. 80.) Confirmationales Patentalium paternarum d. a. 1270. quas Stephano V. Sybridus dictus Leubul exhibuit. 81.) Confirma-

mationales eiusdem d. a. 1270. ſuper poſſeſſione Cholnok pro Sororibus de inſula B. V. 82.) Similes eiusdem d. 18. Jul. 1270. ſuper Priuilegio per Andream II. Abbatiae Ord. Ciſtercien. de monte S. Mariae conceſſo. 83.) Similes eiusdem d. 29. Julii 1270 pro eadem Abbatia ſuper medietate terrae Sydan per Belam Patrem donatae. 84.) Collationales eiusdem d. a. 1270. pro monaſterio S. Mariae de inſula Leporum ſuper terris Ducatus, Zulgageur, Toxun, Zoich, et Kaad in Comit. Peſtienſi. 85.) Collationales eiusdem d. a. 1270. in extractu ſuper viceſima decimarum in Comit. Sopronienſi pro monaſterio Ord. Ciſterc. de monte S. Mariae. 86.) Similes eiusdem d. 20. Nouemb. 1270. pro eodem ſuper viceſima decimarum ex frugibus in Comit. Sopronienſi. 87.) Confirmationales eiusdem d. a. 1271. pro C. Gaban filio C. Widonis de Wegla, et Wynodol, et de Modoros ſuper electione podeſtariae Ciuitatis Senienſis. 88.) Eiusdem Priuilegium d. a. 1271. pro hoſpitibus Saxonibus de Scepus. 89.) Literae eiusdem d. a. 1271. ſuper legatis Petro filio Uza poſſeſſionibus Jeneö, Ságh, Széchén, Gedad, Körtal, Bodun, et Keveöczen pro Eccleſia B. V. de inſula. 90.) Exemtionales Eiusdem d. a. 1272. eorum de Jobbagionatu Caſtri, qui in conſeruatione confinii de caſtro ferreo ſemet diſtinxerunt. 91.) Donationales Stephani V. d. a. 1272. pro Alexio filio And. de Sarus ſuper terra

Del-

Delnafeu in Comit. Sarofienſi. 92.) Conſenſus regius Steph. V. s. a. ſuper donatione Praediorum per Petr. de Zederk monaſterio B. V. de inſula facta. 93.) Literae Capituli Budenſis d. a. 1272. ſuper legatis Eccleſiae S. Mariae de inſula per Petrum filium Zonugh terris Zederkin in Baranya, et Samaria in Valko Comitatibus. 94.) Exemtionales Stephani V. s. d. populorum monaſterii de monte S. Mariae a iudicatu vniuerſorum Judicum. 95.) Similes eiusdem d. a. 1270. pro Sagittariis ſuis in Comit. Sopron. a ſolutione tributi de vineis propriis, Korocheber dicti.

Tomo III. *Pag.* **220.** *continentur Diplomata, Literae, etc. ſub Regibus Ladislao IV. Andrea III. Wenceslao, et Ottone emanatae.* 1.) Confirmationales Ladislai IV. d. 22. Sept. 1272. pro Abbate Ord. Ciſterc. de monte S. Mariae ſuper Priuilegio paterno de viceſima decimarum in Comit. Suprunienſi. 2.) Confirmationales eiusdem d. 22. Septemb. 1272. ſuper exemtione populorum Eccl. de monte S. Mariae a iudicatu vniuerſorum Judicum pro Abbate dictae Eccleſiae. 3.) Confirmationales Ladislai IV. d. a. 1272. pro Alexio filio Andreae de Sarus ſuper terra Delnafeu. 4.) Similes eiusdem d. 3. Decemb. 1273. pro monaſterio B. Michaelis Archangeli de inſula V. M. Ord. Praemonſtrat. ſuper Relae IV. R. Priuilegio.

5.) Conſenſus regius d. a. 1273. pro Moyſe C. Symögienſi ſuper facultate denotatas poſſeſſiones donandi Sororibus Frat. Praedicatorum in inſula Virginis gloriosae. 6.) Confirmationales Ladislai IV. d. 24. Aug. 1273. pro Capitulo Budenſi ſuper conuentione Valtheri Rectoris in caſtro Budenſi cum nautis de Peſth. 7.) Literae Eliſabethae Reginae d. a. 1272. quibus Lotardo filio Omodaei reſtituit Bona, antea per notam amiſſa. 8.) Confirmationales Ladislai IV. d. a. 1273. Poſſeſſionum enumeratarum pro monaſterio S. Martini de monte Pannoniae. 9.) Literae d. a. 1274. Ladislai IV. quibus Comitibus Thomae, Ite, et Andreae poſſeſſionem Cuhna reſtituit. 10.) Collationales eiusdem d. a. 1274. pro magiſtro Thoma filio magiſtri Gabrielis ſuper terra Kukynos in Comitatu de Vgucha. 11.) Literae eiudem d. a. 1274. per quas eidem Thomae terram Holmy in Comit. de Vgucha confert. 12.) Confirmationales eiusdem d. 1. Maii 1274. quibus Patentales Patris monaſterio B. V. de inſula elargitas ratihabet. 13.) Similes eiusdem d. a. 1274. ſuper collatione Reginae Lotardo filio Omodaei in Böös, et Arpar facta. 14.) Literae Conuentus Varadienſis d. 19. Aug. 1274. ſuper eo, quod Stephanus filius Thomae de Kaplan terram ſuam in Kaplan legauerit monaſterio V. M. Budae. 15.) Literae nobilitares Ladislai IV. d. 20. Aug. 1274. pro Paulo filio Iwanka,

ka, Petro Micou, Joan. et Nicol. filiis Iwanch, et Egidio filio Dusa. 16.) Collationales Isabellae reginae d. a. 1275. pro monialibus de insula B. M. V. super duabus villis Sümegh, et Somondor in Comit. Strigonienſi. 17.) Adiudicatoriae d. 12. Jun. 1275. Magiſtri B. electi Strigon. Vice-Cancell. Aulae reg. per quas villa Leánd iuxta Goron fluuen adiudicatur monaſterio de Saag, et C. Nicolao filio Mykou de genere Hunt-paznan ſilentium perpetuum imponitur. 18.) Collationales Ladislai IV. d. 22. Septemb. 1275. pro Eccleſia Weſzprimien. ſuper exemta terra a indicio Comitum Zerenthe Caſtri Zaladien. in locum eorum, quae vrgente regni neceſſitate, ab eccleſia accepit. 19.) Literae d. a. 1275. quibus Andreas Epiſcopus Agrien. ſuo Capitulo decimas reſtituit. 20.) Confirmationales Ladislai IV. d. an. 1275. pro C. Gaan. filio C. Wydonis de Wegla, de Moduras, et de Wynodol ſuper transumto Priuilegio Stephani Regis de electione poteſtatis Senienſis. 21.) Literae Capituli de Caſtro ferreo d. a. 1275. ſuper eo, quod Elias, et Chywan filii Jacobi Sándor, et Lucas filii Mathu, &c. reliquerint terram Gely, Joanni et Iwan filiis Iwanka. 22.) Literae Capituli Albenſis d. 22. Jun. 1276. ſuper legata Eccleſiae Weſzprimienſi medietate praedii in villa Vámos per Gyüng vxorem nobilis viri Barleus, 23.) Aliae eiusdem Capituli

d. 16. Jun. 1277. ſuper eo, quod Laurentius C. de genere Abá remiſerit caſtrum Jeva ſub conditione non vendendi Beʒae filio Stephani de Jeva. 24.) Literae Ladislai IV. d. a. 1277. per quas Ciuibus Sopronienſibus donatur etiam altera medietas Sagittariorum de villa Luer. 25.) Protectionales Rudolphinae d. 21. Mart. 1277. pro Ordine Ciſtercien. in monte S. Mariae. 26.) Cambiales Ladislai IV. d. a. 1277. cum Mathia filio Andreae pro terra Cherembe propter mineras erga terram Nadaſſer in Comit. Thuroczienſi. 27.) Collationales d. a. 1277. Ladislai IV. ſuper terra Ether, et villa Beyr pro Eccleſia Hanthenſi. 28.) Mandatum Ladislai IV. d. 23. Maii 1277. de mercatoribus Regis Rom. ad regnum venturis, duntaxat tricesima taxandis. 29.) Confirmationales eiusdem d. 28. Jul. 1277. pro C. Symum, et Michaelis filiis ſuper Priuilegio Belae regis. 30.) Eiusdem Priuilegium Ciuibus de Supronio an. 1277. datum. 31.) Confirmatoriae eiusdem d. a. 1277. Priuilegiorum Belae IV. R. 32.) Collationales eiusdem d. a. 1278. ſuper poſſeſſione Pomáz, quam, caſſatis Priuilegiis confert Sororibus Ord. Praedicatorum de Inſula. 33.) Literae Ladislai IV. d. 19. Jun. 1278. quibus Stephano Bano non modo Joachimi fratris Bona reſtituuntur, ſed etiam Judicatus Guriae cum Comitatu Muſunienſi, &c. eidem confertur. 34.) Donationales eiusdem d.

a.

a. 1279. pro Comite Rechk ſuper terra Poronna in Comitatu de Turuch. 35.) Diuiſionales Capituli de Caſtro ferrio inter Magiſt. Joannem filium Henrici Bani, et Nicolaum Banum fratrem eiusdem d. a. 1279. cum deſignatione villarum, et caſtrorum Leuka, Kuzyg, Buzuk, Niklus, &c. 36.) Conſenſus regius d. 11. Maii 1279. ſuper venditione poſſeſſionis Kendteluk in Comitatu Doboka per Laurentium Banum de Zeurino facta C. Hench filio Brendulmi de Rodna. 37.) Diploma Ladislai IV. d. 12. Jun. 1279. quo Eccleſia S. Regis de Teluky Ord. B. Bened. vnitur Eccleſiae B. V. monialium Ord. Fratr. Braed. de inſula Danubii. 38.) Confirmatoriae eiusdem d. 20. Jul. 1279. Literarum, quas Bela IV. mercatorum Viennenſium Rectori Hansgrauio elargitus eſt. 39.) Priuilegium Ladislai IV. d. 5. Aug. 1279. Cumanis conceſſum. 40.) Priuilegium d. a. 1279. quo Ladislaus IV. confirmat Comitibus de Modrus, Wegla, et Wynodol Priuilegia eorumdem Patribus Friderico, Bartholomaeo, et Guidoni conceſſa. 41.) Eiusdem Diploma d. a. 1279. pro iisdem, quo confirmatur Priuilegium ſuper poteſtate de Scinia conceſſum. 42.) Collationales eiusdem d. 25. Mart. 1280. ſuper terra Tukul pro Sororibus in Inſula Virginis glorioſae. 43.) Collationales eiusdem d. 9. April. 1280. pro monaſterio B. V. de Kompold ſuper tributo loci, vno curru ſalifero, de yna

tunella vini, &c. 44.) Literae d. 21. Maii 1280. Ladislai IV. quibus vsque decisionem litis cum C. Meriano differt collationem possessionum Jenö, et Nane in Comitatu de Baranya pro sua Sorore Elisabetha. 45.) Donationales Eiusdem d. 19. Aug. 1280. pro Stephano C. de Bakony et Petro filiis Marcy de genere Chak super castro Kabold in Comitatu Suprunienſi. 46.) Diuisionales d. 8. Septemb. 1280. inter C. Omodey filium C. Dauid, Mag. Dyonisium filium Bodun, ceterosque nobiles de genere Aba, item inter C. Georgium filium Petri de Sumus, C. Nicolaum, Magistr. Thomam, C. Joannem, et Mag. Michaelem fratres. 47.) Priuilegium d. an. 1280. super terra Gumbas pro Nicolao de Gumbas filio C. Obus in Capitulo Eccl. B. Michaelis Transil. renouatum. 48.) Confirmationales Ladislai IV. d. a. 1280. pro Sorore sua Elisabetha super Patentalibus Patris sui Stephani IV. et Priuilegio Capituli Budensis in eodem facto. 49.) Transactionales Literae d. 21. Septemb. 1281. inter Petrum Mag. Tauernicorum, Ciues de Pesth, et Sorores de insula Virginis gloriosae, super terra Ujbéth. 50.) Extractus Priuilegii de a. 1281. quo Martinus Papa institutum Ord. Praemonstratensis confirmat. 51.) Confirmationales Ladislai IV. d. a. 1282. pro hospitibus de Sopronio, et nominatim Sagittariis super eorumdem libertatibus a Stephano V. concessis. 52.) Literae Lodomeri

rii Archiepiſcopi Strigon. d. a. 1282. pro Decano Prouinciae Zibinienſis, cui confirmat priuilegium Philippi Archiep. Strig. d. a. 1264. ſuper facultate ſuſcipiendi a quocunque epiſcopo catholico ſacramenta epiſcopalia et ſuper prohibita appellandi ad Archiepiſcopum ſine requiſitione Decani. 53.) Mandatum Ladislai IV. de 23. Jun. 1283. ad Capitulum Eccleſiae Tranſiluanae ſuper reambulatione poſſeſſionum monaſterii B. M. V. de Kolosmonoſtor. 54.) Relatio eiusdem Capituli d. 3. Aug. 1283. ſuper peracta dicti monaſterii Reambulatione. 55.) Expeditoriae Ladislai IV. d. 24. Jul. 1284. pro Petro filio Georgii de Sumus ſuper peracta per Conuentum de Jazou Reambulatione in poſſeſſionibus Sumrech, et Ygliche Comitatus de Sarus. 56.) Adiudicatoriae d. 14. Jun. 1285. Lodomerii Archiepiſcopi Strigon. in cauſa nautarum de Peſth, et Jenö item Capituli Eccl. de veteri Buda ſuper naulo. 57.) Collationales Nicol. Palatini d. 16. Jun. 1285. ſuper villa Laztay pro monaſterio Ord. Ciſter. de monte S. Mariae. 58.) Faſſio perennalis coram Capitulo Jaurinenſi 1. Decemb. 1287. per Magiſtrum Arnoldum ſuper poſſeſſione Kuesd Comitibus de Mortun celebrata. 59.) Literae Nicolai Bani d. 14. Maii 1288. quibus poſſeſſionem Laſzthey monaſterio B. M. V. donat. 60.) Donationales Ladislai IV. d. a. 1288. pro C. Petro filio Georgii de ge-

nere Aba, fortiter contra Ottocarum, et Tartaros belligerante ſuper poſſeſſione Sidopatak in Comitatu Sarus. 61.) Literae d. a. 1289. quibus Archiepiſcopo Strigonienſi decimam tributi regii de Scepus reſtituit. 62.) Tractatus amicabilis d. a. 1290. inter familias ſuper morte Leuſtachii filii C. Nicolai, et combuſtione caſtellorum litigantes per Wilermum Epiſcopum Agrien. cum Omodeo Palatino concluſus. 63.) Donatio s. d. pro Alexandro ſagitta, ſpectante Rege, vulnerato ſuper villa Bolda Comit. Caſtriferrei. 64.) Literae Ladislai IV. s. a. quibus ius patronatus in monaſterio de Bors-Kees C. Demetrio, et Michaeli C. Nitrienſi reſtituitur, abolito Priuilegio, antea C. Laurentio deſuper, dato. 65.) Initium alicuius Priuilegii Capitulo Budenſi conceſſi s. d. 66.) Mandatum Ladislai IV. s. a. ad Rainoldum Palatinum, et Omodeum Judicem Curiae ſuper Bonis per Thomam Epiſcopum Varadin. Nicolao, et Joanni filiis Petri relictis extradandis. 67.) Donatio C. Thaſonis Viſſenburch Capitanei Cracou. et Sandomir. d. a. 1294. pro C. Stephano Vngaro ſuper villis Virwicz in terra Sandomiriae. 68.) Confirmationales Andreae III. d. a. 1290. pro Mathia filio Andreae ſuper terra Nadaſſer in Comit. Thuroczienſi. 69.) Literae Agnetis Reginae, quibus decimas frugum, agnorum, &c. Epiſcopo Weſzprimienſi remittit. 70.) Literae Andreae III. d. 21. Decemb. 1290.

1290. quibus ius Patronatus in monaſterio de Jazou ſibi reſeruat. 71.) Mandatum ſtatutorium Andreae III. d. an. 1291. Capitulum Agrienſe ſuper Lodomiro Archiepiſcopo Strig. in poſſeſſionem Rosnobánya inducendo. 72.) Relatio dicti Capituli d. a. 1271. ſuper peracta Statutione. 73.) Literae Andreae III. d. 30. April. 1291. quibus eandem Statutionem ſub duplici Sigillo roborat. 74.) Tranſumtum Capituli eiusdem d. a. 1291. Patentalium Omodei Palatini pro C. Petro filio C. Georgii de Sumus de genere Aba. 75.) Priuilegium Andreae III. d. a. 1291. pro hoſpitibus de Torda-akna. 76.) Collationales Fennemae Reginae d. a. 1291. ſuper terra Sumchud in Comit. Albenſi pro monialibus in inſula B. M. V. 77.) Confirmatorium Audreae III. d. 16. Aug. 1291. praemiſſae Collationis reginalis. 78.) Protectionales Eiusdem d. 17. Aug. 1291. pro monaſterio B. V. de monte S. Mariae de Kedhel. 79.) Confirmationales eiusdem d. 21. Septemb. 1291. Priuilegii Ladislai IV. pro hoſpitibus de Suprunio. 80.) Confirmatoriae eiusdem d. a. 1293. pro Paulo, et Serephyl filiis Rechk ſuper praediis in Zoulum, Turuch, et Lyptou. 81.) Mandatum delegatorium d. 18. Octob. 1295. pro Lodomerio Archiepiſcopo Strigon. in cauſa Capituli Budenſis contra ciues de caſtro Budenſi ſuper diuerſis iniuriis. 82.) Sententionales dicti Archiepiſcopi d. 20. Octob. 1295. in me-

morata cauſa, Capitulo tributum adiudicantis. 83.) Literae Andreae III. d. a. 1296. quibus Joanni filio Mikola de Kalata tributum in Vásárhely reſtituitur, antea per Rorandum Vaiuodam occupatum. 84.) Requiſitoriae Ladislai Vaiuodae Tranſiluaniae d. 21. April. 1297. ad Capitulum Varadienſe pro facienda reambulatione Bonorum Abbatiae de Colosmonoſtra. 85.) Relationales d. a. 1297. dicti Capituli ſuper peracta Reambulatione. 86.) Monitoriae Archiepiſcopi Strigon. Lodomerii, Andreae Agrienſis, &c. ad Ciues de Caſtro Budenſi d. 1298. ſuper praeſtando Capitulo Budenſi tributo, &c. 87.) Confirmationales Andreae III. d. a. 1297. pro Capitulo Budenſi Priuilegialium Lodomerii contra Carinarios, et Nauderos de portu Peſtienſi. 88.) Similes eiusdem d. a. 1297. pro monaſterio B. V. de Kedhel ſuper villa Laztay. 89.) Aliae pro eodem monaſterio d. a. 1297. ſuper 100. iugeris a Lamperto filio Chepani de Keych Jobbagione caſtri Suprunienſis donatis. 90.) Reuocatorium Andreae III. d. a. 1297. neo-inductorum tributorum. 91.) Literae Capituli Agrienſis d. a. 1297. ſuper donatione portionis in terra Sumus, et poſſeſſionis Berethey in Comit. noui Caſtri per Michaelem Praep. Myslien. et Can. Agrien. Egidio filio C. Petri facta. 92.) Literae Andreae III. d. 17. Febr. 1298. quibus terra Zwan Sopronienſibus, et C. Michaeli Magyar Sufuk

do-

donatur. 93.) Confirmatoriae Eiusdem d. a. 1298. pro Abbate de monte S. Mariae Ord. Cistercien. super Patentibus Regis Ladislai IV. 94.) Donatio Andreae III. d. a. 1298. pro C. Symone super terra Suslan. 95.) Literae Theodori Episcopi Jaurin. d. 5. April. 1299. super indultu aedificandi Ecclesiam in Besseneu pro Symone, et Michaele Comitibus. 96.) Adiudicatoriae terrae Rehtukeur d. a. 1299. pro possessore. 97.) Adiudicatoriae d. 10. Aug. 1299. iuris diaecesani in Marmatia pro Episcopo Agriensi. 98.) Confirmationales d. 25. Maii 1300. Andreae III. pro monasterio B. M. V. in insula Budensi super donatione possessionis Pomaz. 99.) Diuisionales Capituli Agriensis d. an. 1300. inter Petrum C. de noue Castro, et complures alios. 100.) Fassio Nicol. et Lourandi filiorum Tubu de Gyva super venditione haereditatis suae Olyverio, Lourando, et Stephano de Gumbas 18. Jun. 1300. in Conuentu Cruciferorum Domus hospitalis Eccl. S. Regis Steph. de Strigonio celebrata. 101.) Mandatum Legati Sedis apostol. Nic. Ostiensis d. 21. Maii 1303. ad Magistrum Domus Cruciferorum S. Reg. Steph. ac Plebanos de Pesth, vt Rectores castri Budensis moneant, ne impediant tributum Capituli Budensis. 102.) Diuisionales Capituli Agriensis d. a. 1304. Bonorum inter Magist. Joannem filium C. Georgii de genere Aba, et Thomam filios Nicolai. 103.)

103.) Collationales Magistri Oliuerii per Hung. et Sclau. Hospitalis S. Joan. Hierosolymit. d. a. 1306. super Tusdam sub certis conditionibus pro puero Sz. Iwan. 104.) Confirmationales Martini Episcopi Agriensis d. 16. Maii 1307. pro Capitulo suo super Priuilegio Andreae Episcopi Agriensis. 105.) Literae d. 26. Maii 1307. super facultate erigendi Capellam et coemeterium in villa Náros pro C. Nicoli et Pasca filiis Doma de Náros concessa per Thomam Archiepiscop. Strig. 106.) Literae Capituli Agriensis s. d. rescribentis Stephano V. Judici Curiae a Demetrio filio Symonis solutam esse vnam marcam. 107.) Contradictio s. d. Demetrii filii Symonis in Reambulatione terrae Zemere. 108.) Euocatoriae s. a. ad certum terminum Exactoris pro C. Demetrio filio Symonis de terra Zemelne. 109.) Mandatum regium s. a. quo Conuentus de Jaso iubetur citare Comitem Pud contra Dominicum filium Symonis. 109.) Rescriptum eiusdem Conuentus super peracta citatione. 110.) Certificatoriae ad soluendas intra quindenam duas marcas Comiti Pud per Symonem Comitem filium Stephani. 111.) Testimoniales quatuor Judicum nobilium de Zathmar s. d. super eo, quod Joannes Magnus de restituendis possessionibus omni loco responsurus sit.

Tomo IV. *Pag.* 464. *continentur Literae, Diplomata, etc. Caroli I.* 1.) Li-

Literae patentes Procerum regni d. 10. Octob. 1307. super recipiendo Carolo in Regem Hung. 2.) Sententionales Palatini Kopoz d. a. 1308. quibus possessiones Zekeres, et Soroban in Comit. de Zathmar C. Petro filio Jurk adiudicantur. 3.) Exemtionales a decimis d. a. 1309. Thomae Archiepiscopi Strigon. pro Abbatissa, et Monialibus S. Clarae de Tyrna. 4.) Literae Capituli Strigonienſis d. 29. Jul. 1309. idem declarantis. 5.) Donatio Caroli Regis d. 8. Maii 1309. pro Magist. Martino super Mylenthe, et Oleykutha in Comit. Posonienſi. 6.) Protestatio Andreae Parochialis Buchka d. a. 1310. pro hominibus de genere Thekule coram Capitulo Agrienſi quod ipsorum possessiones nominatus Omodaeus Palatinus, et Mag. Demetrius occupauerit. 7.) Donationales Caroli R. d. 1. Octob. 1310. pro Martino Bogar super Milenthe in Comit. Poson. 8.) Aliae Eiusdem d. eod. dato pro eodem super terra Hulete Castri Posonienſis. 9.) Eiusdem Donatio d. 14. Feb. 1311. pro Joan. filio Geubul de Beztercze super possessione Pettendorf in Comit. Beztercze. 10.) Testimoniales M. Michaelis C. Noui Castri super homicidio Beken filii Johannis in via ad Zalokmeza per Nicol. et Petrum Tot. 11.) Literae Clementis XI. d. 5. April. 1312. ad episcopum Jaurin. vt Bona Monasterio S. Mariae Ord. Cistercien. ademta restitui procuraret. 12.) Donatio Caroli

li R. d. a. 1313. super castro Holoukw in Comit. Neograd. pro M. Thoma filio Farcasii Castellano de Lyblow. 13.) Donatio M. Joannis filii C. Ochuz de genere Buzad in Conuentu B. Adriani de Zala donat possessionem Zygety in Comit. Szaladiensi C. Joanni filio Onche de genere Laurenne. 14.) Synopsis Transactionis Carolinae d. 10. Maii 1313. quoad loci incolas inter Episcopum, et Capitulum Weszprimiense. 15.) Cambiales a Carolo R. confirmatae d. 22. Jun. 1313. super certis possessionibus nominatis inter Ladislaum Vaywodam Transyl. et C. de Zonuk, atque C. Danielis filios, ac Nicolaum fratres suos. 16.) Transumtum Capituli Eccl. Varadin. d. 16. Octob. 1313. Literarum inscriptionalium Abbatis de Colosmonostra pro Ladislao Vaiuoda Transiluan. 17.) Confirmationales Carolinae d. 5. Nouemb. 1313. pro Thoma Archiepiscopo Strigon. super Donatione possessionis Rosnyobánya. 18.) Confirmationales Carolinae d. a. 1314. super possessione Pettendorf pro C. Joanne filio Geubul de Beztercze. 19.) Protectionales d. 25. Nou. 1314. Thomae Archiepiscopi Strigon. super monasterio Cellae B. M. V. in Scepusio sub monte Niuium. 20.) Confirmationales Archiepiscopi Strigon. Thomae d. 8. Maii 1315. super transactione inter Martinum Episcopum Agrien. et eius Capitulum. 21.) Litérae d. 27. Jun. 1315. quibus Carolus Rex M. Thomae, et Ste-

Stephano Comiti Siculorum terram Lapus in Comit. de Zonuk reſtituit. 22.) Faſſio d. a. 1316. coram Capitulo Caſtriferrei Gregorii filii Sándor de Csák ſuper poſſeſſione Pagha titulo dotis filiae ſuae Viola datae. 23.) Faſſio d. a. 1316. coram eodem Capitulo, qua Joannes filius Marcelli de Pagha totam poſſeſſionem Pagha in Comit. Supronienſi donat Joanni filio Michaelis de Csák. 24.) Reambulatorium Caroli I. d. a. 1316. ad Conuentum Zaladienſem pro Nicol. Treutul Comite Timiſienſi, et Caſtellano Jakw ſuper reambulatione metarum poſſeſſionis Gelſe in Comit. Zaladienſi. 25.) Relatoriae dicti Conuentus d. a. 1316. ſuper peracta ibidem reambulatione. 26.) Diploma Caroli R. d. 22. Feb. 1317. quo Joannes Dalphinus Procurator Principatus Salerni, et montis S. Angeli conſtituitur. 27.) Literae ſuper reſtitutione terrae Hamus-pataka d. a. 1317. per M. Mikek Comitem de Sárus, Simoni Emerico, Michaeli, Gregorio filiis Demetrii Sak, filio Stephani Beſeu, &c. 28.) Protectionales Caroli R. d. a. 1317. pro iis, qui in poſſeſſionibus Eccleſiae B. V. de monte S. M. de Kezdel commorari voluerint. 29.) Donationales d. a. 1317. pro Ciuibus Sopronienſibus ſuper poſſeſſione Pagha. 30.) Priuilegium Caroli d. a. 1317. pro monaſterio S. Crucis in Auſtria. 31.) Priuilegium Caroli R. d. 21. Octob. 1317. ſuper nundinis hebdomadalibus Sidoupataka celebrandis.

32.)

32.) Priuilegium Eiusdem d. 21. Octob. 1317. super libertatibus villae Sidoupataka ad formam Ciuium de Cassa, et de Gylnicz-Bánya. 33.) Protectionales Caroli R. d. 24. Febr. 1318. pro mercatoribus Viennensibus. 34.) Donatio Caroli R. d. 25. Sept. 1318. super terra Castri Supronienſis Paturi C. Geuchul ciui Supronienſi donata. 35.) Literae d. 8. April. 1319. quibus Carolus R. poſſeſſionem Keralpapa in Comit. de Beregh M. Joanni filio Georgio de Sumus reſtituit. 36.) Literae, quibus Martinus Epiſcopus Agrienſis 10. April. 1319. decimas Capitulo ſuo reſtituit. 37.) Literae Caroli R. d. 18. Jun. 1319. quibus M. Paulo filio quondam C. Symonis, et Laurentio fratri eius caſtrum Kaboth reſtituit. 38.) Literae d. a. 1320. quibus Magiſtro Endarl, et Nicul fratri tributum confert in poſſeſſione Kuesd. 39.) Confirmationales Caroli R. d. 7. Jun. 1327. ſuper Priuilegio Belae IV. Sororibus monaſterii S. Mariae de inſula Leporum conceſſo. 40.) Donationales Caroli R. d. 16. Jun. 1320. ſuper poſſeſſione Pomogh pro Paulo filio Symonis, et Andrea filio Michaelis de Noghmortun. 41.) Literae Caroli R. d. 29. Aug. 1320. quibus Ciuitatem Rosnobanya Thomae Archiepiſcopo Strigon. reſtituit. 42.) Venditionales d. 15. Maii 1321. ſuper poſſeſſione Zerdahel coram Capitulo Jaurinenſi per C. Nicolaum filium Dominici filium Petri de Nemechii ex generatione confectae pro M. Pau-

Paulo filio C. Symonis de maiori Martino. 43.) Confoederationis Tabulae d. 24. April. 1322. inter C. Paulum filium Pauli Bani Croatorum, ac homines Ciuitatis Tragurienſis. 44.) Confirmationales Caroli R. d. 8. Octob. 1322. ſuper priuilegio R. Ladislai elargito Friderico filio quondam C. Dwym. 45.) Eiusdem Aliae d. 8. Octob. 1322. ſuper Donatione cuius Ciuitatis per Belam R. C. Feldrico filio C. Dwym elargita. 46.) Literae d. a. 1322. quibus Andreas Epiſcopus Tranſiluaniae dat M. Joanni filio Petri de Ivancsics facultatem aedificandi capellam in villa Chenger. 47.) Confirmationales Caroli R. d. 29. Mart. 1323. ſuper donatione Ciui Suprunienſi Gendul facta. 48.) Donatio Caroli R. d. 19. Maii 1723. ſuper Lazaar-Durouch in Szathmárienſi, Balascy in Bereghienſi, Keechbabuncum in Vguncha Comitatu pro Joanne filio Thomae. 49.) Noua Donatio Caroli R. d. 21. Maii 1323. pro Martino Bugar ſuper poſſeſſione Mylenthe, et Olaykutha in Comit. Poſonienſi. 50.) Confirmatorium d. a. 1323. pro M. Paulo filio C. Symonis ſuper caſtro Kabolth ſub nouo Sigillo. 51.) Confirmationales Caroli R. d. a. 1323. pro M. Paulo, et Laurentio filiis Symonis ſuper tributo in villa Kuesd. 52.) Noua Donatio Caroli R. d. a. 1323. pro Boleslao Archiepiſcopo Strigonienſi ſuper poſſeſſione Rosnobana. 53.) Donationales Caroli d. a. 1323. pro Emerico

Kompoldi ſuper poſſeſſionibus intus enumeratis. 54.) Confirmationales Caroli R. d. 20. Jul. 1323. ſub nouo Sigillo pro Paulo filio Symonis de Nogli Mortun ſuper poſſeſſione Pomogh. 55. Collationales Eiusdem d. 22. Aug. 1323. pro Capitulo Quinque-Eccleſienſi ſuper terra Kyzdir in Comit. de Baronna. 56.) Confirmationales d. 6. Nou. 1323. ſub nouo Sigillo Priuilegii pro C. Feldrico filio C. Dwyn. 57.) Aliae Eiusdem d. 7. Nou. 1323. pro eodem. 58.) Aliae ſub nouo Sigillo d. 8. Decemb. 1323. Priuilegii pro monaſterio S. Crucis Ord. Ciſtercien. in Auſtria. 59.) Donatio Caroli R. d. 9. Feb. 1324. ſuper terra Abramus pro M. Paulo, et Laurentio filiis Symonis, Nikel, et Dyonifio filiis Michaelis de Nagy-Marton. 60.) Donatio eiusdem d. 23. Maii 1324. ſuper terra Foſſuſuk Caſtri Suprunienſis pro Paulo arcuparatori filio Pauli de Suprunio. 61.) Venditionales coram Capitulo Jaurinenſi d. a. a. 1324. C. Ivan, filii Michaelis de genere Ják, et Viola ſuper poſſeſſione Paghya factae Ciuitati Sopronienſi. 62.) Venditionales Curiae Aegidii Archi-diaconi Quinque-eccleſien. d. 5. Decemb. 1324. Stephano Praepoſito factae. 63.) Teſtimoniales d. a. 1324. ſuper citatione Martini, fratris M. Bethe in praeſentiam Judicis Curiae. 64.) Contractus dotalitius d. 12. Jun. 1325. inter C. Nicolaum filium C. Martini de maiore Martino, et Margaretham filiam Ot-

Ottonis de Cheyawe in Theotonio. 65.) Literae d. 12. April. 1325. quibus Thomas Vaiuoda Tranſiluanus, et C. de Zounack orphanis C. Henningii Primipilarii Saxonum reſtituit. 66.) Confirmationales Caroli I. d. 21. Maii 1325. pro M. Martino Bugar ſuper donatione terrae Hulete in Comit. Poſon. ſub nouo Sigillo. 67.) Confirmationales Carolinae d. a. 1325. Contractus ſponſalitii inter M. Laurentium filium Symonis de Mortundorf. et Margaretham ffliam Wluengii Horſundorfer. 68.) Tranſumtum d. 2. Jun. 1325. Conuentus Cruciferorum Domus hoſpitalis Eccleſiae S. Regis Steph. de Strigonio Literarum priuilegialium ſuper terra Gyua per Chenk, et Jacobo filiis Lourandi filii Chriſtophori de Gyua. 69.) Faſſio d. a. 1325. ſuper medietate poſſeſſionis Thunugh per Michaelem Thunugh pro Joanne de Chahol. 70.) Extractus Literarum Carolinarum d. 24. Jan. 1326. ſuper definienda lite inter Abbatem Eccl. B. V. de Kedhel, Laurentium filium Emerici ratione poſſeſſionum Hanung, et Hydegsed. 71.) Teſtimoniales d. 1. Febr. 1326. ſuper venditione vineae in Territorio Tynienſi per Eurſchbett viduam Joannis filii Folis Conciui Criſtilino factae, expeditae per C. Joannem Rectorem Caſtri noui montis Peſtienſis, iuratos, et Ciues vniuerſos. 72.) Confirmatorium d. 18. Feb. 1326. pro Chanadino Epiſcopo Agrienſi Priuilegii Belae IV. 73.) Literae Capitu-

li Jaurinenſis d. 27. Feb. 1326. ſuper teſtamento ſub Sigillo Archiepiſcopi Colocenſis. 74.) Confirmatorium Caroliniae d. 9. Maii 1326. ſuper iisdem Literis. 75.) Mandatum d. a. 1326. Caroli R. ad Comitatum Suprunienſem ſuper praeſtanda viceſima decimarum per ſingulos Conuentui de monte S. Mariae. 76.) Confirmatorium Eiusdem d. 25. Aug. 1326. ſuper Priuilegio Ladislai IV. ſuper tributo forenſi montis Peſtienſis, et patronatu Eccleſiae Monialibus in inſula Leporum conceſſo. 77.) Literae requiſitoriae d. a. 1326. Philippi Palatini ad Capitulum Scepuſienſe fine citandorum Nicolai, et Petri Merſe contra Joannem Thecule. 78.) Literae C. Alexandri Judicis Cur. d. a. 1326. ſuper prorogatione termini, cauſa ineundi amicabilis tractus, in lite inter Actorem Joan. Paljan, et Kokus, Joan. ac Ricolph. filios Ricolphi. 79.) Confirmatorium Caroli I. d. a. 1327. ſuper donatione poſſeſſionis Pagya pro Ciuibus Sopronienſibus. 80.) Reambulatorium eiusdem d. 28. Jan. 1327. ad Capitulum Jaurinenſe pro Praepoſito Budenſi ſuper metis poſſeſſionis Temfeul in Comitatu Suprunienſi. 81.) Mandatum eiusdem d. a. 1327. quo iubentur ſpiculatores inter caſtra Ujvár, et Boroſtyán per eorumdem C. Nicolaum Eör-Nagyságh dictum penes confirmationem libertatum auitarum remitti. 82.) Extractus Literarum, quibus 19. Febr. 1328. Joannes XXII. P. immunitates monaſterii S. Be-

Benedicti iuxta Gron confirmat. 83.) Eiusdem Bulla; in extractu d. 1. Mart. 1328. super restituendis eidem monasterio Bonis per Laicos oppignoratis. 84.) Literae Capituli Jaurin. d. 2. Maii 1328. quibus Donatio Caroli R. pro Paulo aucupatore super possessione Tot-Sufuk transfertur in Ciuem Suprunienſem Merto.) 85.) Transumtum Capituli de Castro ferreo d. a. 1328. Literarum priuilegialium pro Nicolao Kokos. 86.) Fassio pignoratitia d. 18. Septemb. 1328. coram Capitulo Albenſi super castro Zirin a Joan. Babanik translato in Laurentium vexilliferum Regis, et Ugrinum castellanum. 87.) Eaedem pignoratitiae d. 22. Septemb. 1328. Mandatum Caroli R. d. a. 1328. Nou. 18. ad Mychez Sclau. Banum, quo detenta, et occupata a quocunque iis restituantur, quibus memorata impignoratio facta est. 88.) Diuisionales d. 13. Jun. 1329. inter Joh. et Rycolph. filios C. Rycolphi coram Capitulo Scepusienſi initae. 89.) Statutorium Caroli R. d. a. 1329. ad Capitulum Castriferrei pro Nic. Zarka in terris Walch, et Sarmad Comit. Castriferrei statuendo. 90.) Exordium Literarum de 27. Junii 1329. de sententia capituli coram M. Gerew., et Michaelem fratrem a Nicolao Vaiuoda propter expilationem villarum lata. 91.) Relatoriae Capituli de Scepus a. 1330. super inquisitione quoad portionem inter riuulos Rakuspataka, et Ulvespatak, pro Nicolao

filio Alexandri peracta. 92.) Mandatum Caroli R. d. 8. Mart. 1330. quo cuique indulgetur domicilium Jobbagyionibus assumere in possessione Conuentus B. M. V. de Kedhel. 93.) Reambulatorium d. d. 29. Mart. 1330. ad Capitulum Eccl. B. Petri de Posega pro M. Nicolai filio Giletii de Posega in possessionibus Oryaycha, et Gradisca. 94.) Relatoriae Capituli de Castroferreo d. a. 1330. in possessione Boldafeude Comit. Castriferrei. 95.) Confirmatoriae Caroli R. d. a. 1330. super donatione Ladislai IV. in Boldafeude pro Michaele, Gyuke, et Stephano filiis Dionysii, &c. 96.) Testimoniales d. a. 1330. M. Dominici Vice-Judicis, M. Wyllermi C. de Sarus, et quatuor Judicum super inquisitione interuenti homicidii. 97.) Transumtum Capituli Eccl. Transiluanae Literarum Thomae Vaiuodae super restituenda orphanis C. Hennegii haereditate 1330. 27. Dec. 98.) Reambulatorium Caroli R. pro Monasterio S. Mariae de Bors ad Capitulum Castriferrei d. a. 1331. 99.) Literae Capituli Strigon. d. 30. Nouemb. 1331. super testamento Petri Praep. Agrien. coram Consanguineis condito. 100.) Confirmatorium Caroli R. d. 15. Mart. 1332. Literarum Belae IV. per Chanadinum Archiepisc. Strigon. exhibitarum. 101.) Sententionales d. 18. Mart. 1332. quibus C. Paulus Judex Curiae adiudicat possessiones Bura, Bochonad, &c. M. Chenyk Boemo contra M. Cheley filium Nicolai de genere Aba.

Aba. 102.) Procuratoria Conſtitutio d. a. 1332. coram Capitulo Scepuſienſi in cauſa contra Nicolaum de Schabag mota. 103.) Statutorium Caroli R. d. 17. Mart. 1332. ad Capitulum Scepuſienſe pro hoſpitibus Zmulnuk-banya ad circumiacentem erram inducendis cum Relatione eiusdem Capituli. 104.) Diuiſionales d. a. 1333. inter Doneh, Detricum, et Demetrium &c. Nobiles de Chakan. 105.) Plenipotentiales d. 1333. M. Ladislai de Nagy-Semyen pro Pouch filio Jacobi. 107.) Teſtimoniales d. a. 1333. M. Joannis Gen. Vicar. Agrien. ſuper iuramento per C. Petrum de Panyita contra Dominicam Gregorii Clerici de Harsan depoſito. 108.) Concordia d. 23. April. 1334. inter fratres de Somus in conſeruationis facto, et Janitorum ad caſtrum Somus. 109.) Sententia d. a. 1335. M. Zonk et quatuor Judicum Nobilium de Borsod contra homicidas Thomae filii Clementis de Demak. 110.) Literae Capituli, Budenſis d. 1. Maii 1335. ſuper reambulatione metarum in poſſeſſione Sz. Mihály pro Religioſis in inſula Leporum. 111.) Diuiſionales d. 14. Octob. 1335. Familiae Somos in Caſtro Somos, et villis Kyzel, Terebe, &c. 112.) Literae d. 20. Decemb. 1335. in extractu Benedicti XII. R. P. de celebrando triennali Capitulo ad Abbates Ord. S. Bened. in Hung. 113.) Diuiſionales d. 4. Mart. 1336. in veteri, et nouo Caſtro Somos inter Egidium, et

Iwanka filios Petri de Somus. 114.) Mandatum Caroli R. d. 26. Maii 1336. prohibens per oeconomos, seu Procuratores episcopalium prouentuum Eccl. Jaurin. turbari in vicesima decimarum Comit. Suprunien. Abbatem de monte S. Mariae de Kedhel. 115.) Confirmatorium d. 6. Decemb. 1336. Petri Cornuti Prioris Hospitalariorum per Hung. et Sclau. Priuilegii C. olim Iwani super possessione Tussna dati per Oliuerum olim S. Domus hospitalis in Hung. et Sclau. Magistrum. 116.) Literae Conuentus Jaszouien. de praestita per Joannem filium Joannis, et Gregorium filium Demetrii contra Nic. Petheh iuramento, quod damnum non fecerit 1337. 117.) Reambulatorium Caroli I. d. a. 1337. ad Capitulum Orodiense in possessione Bosforog Comit. Orodien. pro Stephano de Veczekin. 118.) Exemtionales Caroli I. d. a. 1337. pro hospitibus de Kewszegk ab omnibus Justitiariis. 119.) Literae Eiusdem d. 2. Decemb. 1337. super amica compositione inter Egidium filium Petri de Somus, ac Kayul, et filium eius Demetrium quoad metas possessionum Pokulnuk, Kis-Kassa, etc. 120.) Literae Rectoris Castri de nouo monte Pestiensi Nicolai d. 12. Decemb. 1337. super venditione molendini Stainil per Conciues Hamus, et Dominicum fratrem C. Lorando iurato. 121.) Reambulatorium Caroli R. d. an. 1338. ad Capitulum Scepusiense super metis in Schveidler

et

et Remete pro ciuitatibus montanis Smulnuk-bánya, et Gylnych-banya. 122.) Donationales Caroli R. d. 13. Decemb. 1339. Palatino Wilhelmo Drugeth datae super molendino Hevézfö, et appertinentiis ad aquas calidas Budae. 123.) Confirmationales eiusdem d. 24. Mart. 1340. super cambio possessionum Rudek, et Kumlous inter M. Kokos filium C. Ricolphi, et Praepositum de Myho Ord. Cruciferor. Hierosolymit. 124.) Transumtum Capituli Albensis d. 11. Nouemb. 1340. Literarum, quibus Carolus confirmat restitutionem Bonorum per Thomam Vaiuodam Salamoni, et Nicolao filiis Henningii factam. 125.) Testimoniales M. Zonek Vice-Palatini, et quatuor Judlium de Sarus super eo, quod Joannes filius Pethene iurauerit, se ad possessionem Pertholdt M. Egidii potentialiter non veniſſe. 126.) Rescriptum Capituli Orodien. d. 25. Jun. 1341. super reambulatione metarum in possessione Bosorog. 127.) Mandatum Carolinum d. a. 1341. ad Capitulum Agrienſe super peragenda Inquisitione in Comit. de Charasna: an possessio Chyſzer ſit haereditaria Joannis de Chahol? 128.) Testimoniales affirmatoriae in hoc merito d. a. 1341. Willermi Drugeth Palatini, et Vniuerſitatis Nobilium de Zathmar, et Ugocha. 129.) Sententionales C. Pauli Jud. Cur. Reg. d. 1. Jul. 1341. in cauſa quoad possessionem Wyganth Comit. de Szala inter Capitulum

Weſzprimienſe, et eiusdem poſſeſſionis Nobiles. 130.) Reambulatorium Caroli R. d. 21. Jul. 1341. ad Capitulum Scepuſienſe pro Joan. de Somus in poſſeſſione Marganya Comit. de Sarus. 131.) Recognitionales d. a. 1341. Andreae Sacerdotis de S. Georgio, quibus pollicetur nobilibus de Sz. György, ſe Priuilegium Carolinum ſuper poſſeſſione Nyas in Clauſtro de Sarus repoſiturum. 132.) Mandatum Caroli R. d. a. 1341. ad hoſpites Sopronienſes, et Poſonienſes de libero commeatu cum vinis pro hoſpitibus de Kewſzegh. 133.) Requiſitorium Caroli R. d. 6. April. 1342. ad Capitulum Scepuſienſe fine exquirendi Priuilegii ſuper diuiſione inter filios Ricolphi in Sacriſtia, et pro M. Petro de Sumus transumendi. 134.) Statuta d. 8. Maii 1342. Nobilium Comit. de Torda. 135.) Determinatio Capituli Prouincialis Ord. S. Bened. d. 2. Jun. 1342. ſuper refundendis expenſis Abbati de Gran, factis in recuperationem monaſteriorum Mongerod, Cluosmonuſtra, Bulch, Biſſere, et Beela. 136.) Prorogatoriae termini pro accorda per Wyllermum Drugeth Palatinum poſiti Gregorio filio Joannis, et Petro filio Pauli contra Gregor. Itemer ratione quarumdam terrarum. 137.) Confirmationales Carolinae s. d. quarumdam Literarum Andreae III. 138.) Teſtimoniales s. d. ſuper admonitione Andreae Chyzer de reſtituendis poſſeſſionibus, Joanni exhibita per Philippum Pa-

Palatinum, et quatuor Judicum de Zathmar datae. 139.) Confirmationales Caroli R. s. d. super Priuilegiis Geysae II. et Ladislai IV. M. Andreae Praepos. et Capitulo concessis. 140.) Relatoriae s. d. Capituli Castriferrei super Statutione Nicolai Zarka in Walch, Sarmad, et Purpach. 141.) Donatio Caroli R. s. d. Nicolao Zarka elargita super tribus aratris (in Walch, et possessione Purpach. 142.) Literae s. d. Wyllermi Palatini ad C. Paulum Jud. Cur. ne causam Nicolai Petuch, contra Joh. Magnum, et Gregorium filium Demetrii ratione possessionis Syrla assummat, velut iam per quatuor Judices Nobilium de Sarus superatam.

assignat in Benedek, Totfalu, Ompayczia, et Felsö-Gád Comit. Albensis, item in Baromlak Sedis Saxonicalis Megyes cum annuis 1000 fl. hung. 75.) Literae Eiusdem d. 16. April. 1602. quibus administrationem Bonorum Epiſcopalium in Transiluania Petro Maiorio Rectori S. J. vsque denominationem Epiſcopi committit. 76.) Collationales Eiusdem d. 25. April. 1602. super Decimis diuersarum Possessionum pro Collegio S. J. Claudiopolitano. 77.) Venditionales Curiae nobilitaris in Borsa d. a. 1602. per Catharinam Pán, Joannis de Borsa relictam pro collegio S. J. Claudiopolitano coram Conuentu de Colosmonostra confectae. 78.) Mandatum Generalis Georg. Basta d. 11. Aug. 1602. pro expediendis Artificibus ad reparationem tecti in Collegio S. J. Claudiopolitano. 79.) Confirmationales Georgii Basta d. 25. Aug. 1602. singularum Literarum donationalium, et priuilegialium pro Patribus. S. J. in Transiluania hactenus emanatarum. 80.) Testimoniales Pauli Nyári Varadinen. Capitanei, &c. d. 16. Septemb. 1602. super integritate vitae Patrum Lada, et Auceps S. J. in Transiluaniam proficiscentium. 81.) Testimoniales Capituli Zagrabiensis de a. 1602. super exhibitione Certificatoriarum Joan. Draskovych Bani respectu Praedii Sz. Márton Comitat. Zagrab. pro parte C. Georg. Zriny contra Annam Horváth consortem Bartholomaei Gerechi. 82.) Patenta-

tales d. 14. Decemb. 1602. quibus Franciſcus Maria Clarpa 500. Scudos ceſſit Collegio S. J. Claudiopolitano. 83.) Relatoriae Conuentus de Jáſzov d. a. 1604. ſuper Statutione in Bonis ex defectu Beken de Alagh impetratis per Balthas. Horváth, ac Sigismundum Soos. 84.) Bulla Clementis VIII. d. 28. Aug. 1604. Religioſis S. J. ad quinquennium diuerſa iura concedens. 85.) Diploma gallicum Rudolphi II. Imp. d. 4. Septemb. 1605. ſuper titulo S. R. J. Comitis Georgio Baſta elargitum. 86.) Paſſuales Stephani Vng. et Tranſil. Principis d. 6. Nou. 1606. pro Jeſuitis emigrare coactis. 87.) Teſtimoniales Principis Sigis. Rákoczy d. 26. Jun. 1607. datae Patribus S. J. quod non alia de cauſa, quam propter doctrinam R. Catholicam e Tranſiluania exulare coacti ſint. 88.) Teſtimoniales Vniuerſitatis Sclavoniae d. 3. Septemb. 1608. ſuper proteſtatione Nunciorum C. de Zrinio contra querelas Valachorum in Gomerje. 89.) Proteſtatio Catholicorum in Tranſiluania d. 20. Jun. 1607. contra exilium Patrum S. J. 90.) Opinio Mathiae Andreaſſych Directoris quoad ſucceſſionem Fiſci in Bonis Stephani Ozalſzky s. d. 91.) Collationales d. 8. April. 1577. Stephani Radecii Locumtenentis regii ſuper Praeceptoratu filialis eccleſiae B. Joan. Bapt. Sopronii Franciſco de Strigonio Cuſtodi Albenſi collato. 92.) Mandatum Rudolphinum d. 24. Aug. 1577. quo Ciuitas

Sopronienſis iubetur Franciſco de Strigonio Commendatori Crucigeratus Sopronienſis prouentus indebite perceptos refundere. 93.) Alterum d. 24. Septemb. 1577. ad eandem Ciuitatem, quo iubetur negotium telonii in ſtatu ſuo relinquere, et iura ſua in proxima Diaeta producere. 94.) Tranſumtum Capituli Strigon. d. 30. Mart. 1579. Inquiſitionis ratione Telonii Sopronienſis. 95.) Mandatum Erneſti Archiducis d. 30. Mart. 1579. quo Franciſcus Crucciger Sopronienſis iubetur reſtantiam Telonii Xenodochio Sopronienſi perſoluere. 96.) Delegatorium Eiusdem d. 10. Julii 1579. in cauſa inter Franciſcum Crucigerum, et Ciuitatem Sopronienſem vertente. 97.) Literae Archiepiſcopi Colocen. Georgii Draskowych, d. 21. Jul. 1579. quibus pro reuiſione Telonii Sopronienſis Partibus terminus comparitionis Sabariam praefigitur. 98.) Tranſactionales d. a. 1579. ratione Telonii inter Franciſcum Crucigerum, et Ciuitatem Sopronienſem. 99.) Teſtimoniales Capituli Poſonienſis d. a. 1580. ſuper reuocata per eumdem Franciſcum dicta Tranſactione. 100.) Confirmationales Rudolphi d. 27. Sept. 1583. ſuper Priuilegiis telonialibus pro Crucigeris Sopronienſibus. 101.) Mandatum Rudolphium d. 1. Jan. 1592. quo prohibetur inductio, et quaeſtus monetae Polonicae. 102.) Diuiſionales Nicolai Iſtvánfy Locumtenentis officii Palatinalis d. a. 1601. in Dominio Strechen inter Nicol. et Franciſcum Dersfy. To-

Tomo XII. *Pag. 404. continentur varii argumenti Literae, Diplomata, acta sub Mathia II. Ferdinando II. et III.* 1.) Confirmationales d. 4. Decemb. 1608. Mathiae II. Pacis inter suos, et Principis Gab. Báthori Vaiuodae Transil. Legatos Cassouiae 20. Aug. 1608. initae. 2.) Protestatio C. Nic. a Zrinio d. a. 1609. contra Joan. Draskovich de Trakostyán rationes terrarum in possessionibus Sz. Péter, et Peczel Comit. Castriferrei. 3.) Relatio Capituli Chasmensis d. a. 1614. super Statutione Joannis Gorub in Frajmanschina, et Juravichewosello, contradicente Joan. Keglevich de Buzin. 4.) Confirmationales Ferdinandi II. super Fundatione Pazmanniana 5000. fl. ex Piseto annue pro Seminario Tyrnauiensi pendendorum s. d. 5.) Priuilegium Ferdinandi II. d. 11. Decemb. 1625. pro Clero super testandi facultate de mobilibus. 6.) Donatio Ferdinandea d. 27. Septemb. 1627. pro Collegio S. J. Jaurinensi quarumdam Domorum. 7.) Confirmationales Ferdinandi III. d. 16. Jul. 1628. pro Collegio S. J. Posonienſi fundato per Pazmannum. 8.) Confirmationales Ferdinandi III. d. 8. Jan. 1636. Articulorum in Congregationibus regni Sclau. et Croa. ab a. 1609. vsque 1635. conditorum. 9.) Literae Archiepiscopi Strig. Emerici Losy d. a. 1638. super 2000. florenis ex Praepositura Scepusiensi quotannis Patribus S. J. Cassouiae soluendis. 10.) Chirographum Gui-

Guilel. Lamorainii S. J. d. 28. Septemb. 1640. ſuper 9000. fl. pro Alumnatu S. Emerici Poſonii per Archiepiſc. Emer. Losy fundato. 11.) Reuerſales d. 28. Septemb. 1640. Joan. Bucellini S. J. Rectoris Viennen. in eodem merito datae. 12.) Fundationales d. 25. Jan. 1642. ſuper 21000. Rh. Archiep. Strig. Emerici Losy pro Seminario Poſonienſi. 13.) Eiusdem Propoſitio d. 16. Jan. 1643. circa teſtandi pro Praelatis facultatem. 14.) Mandatum Noui Banale d. 1. Aug. 1645. pro C. Nic. de Frangepanibus contra Nic. et Petrum Zriny quoad actus potentiarios in Protulipicze patratos. 15.) Pignoratitiae d. 12. Septemb. 1646. ſuper nonnullis Bonis in Comitatu Szaladienſi Georgio Ottmich impignoratis. 16. Literae d. a. 1647. quibus C. Petrus de Zrinio Conthorali ſuae C. Catharinae de Frangepanibus de Therſacz Bona ſua in 50000. fl. inſcribit, et illa viciſſim ſua marito. 17.) Teſtimoniales Ciuitatis Szakolczenſis d. 10. Nouemb. 1649. de modo decimandi vina. 18.) Teſtimoniales Georgii Draskowyth Epiſc. Jaurin. d. 17. Nou. 1647. de modo decimandi apud Sopronienſes. 19.) Commendatitiae Ferdinandi III. d. 28. Febr. 1652. ad Principem Tranſil. pro Patribus S. J. 20.) Reſponſum Principis Tranſyl. d. a. 1652. de non admittendis in regnum Jeſuitis. 21.) Tranſumtum Ferdinandi III. d. a. 1652. Literarum Sigismundi Rakoczy ſuper

per

per ejectis causa religionis e Transiluania Jesuitis. 22.) Instructio Ferdinandi III. d. 27. Decemb. 1652. data pro Jesuitis Praeposito Agriensi Francisco Somogyi ad Georg. Rakoczy Transil. Principem Nuncio. 23.) Literae Ferdinandi III. d. 30. Mart. 1653. ad Pontificem, quibus Didacum Tafuro praesentat ad Episcopatum Almisiensem. 24.) Praesenta eiusdem pro eodem d. 30. Mart. 1653. ad coadiutoratum Ecclesiae Macariensis. 25.) Protestatio coram Capitulo Agriensi Stephani Millei S. J. Superioris Colosmonostoriensis d. a. 1653. contra eliminationem Ordinis sui e Transiluania. 26.) Gratiarumactoriae d. 16. Jul. 1655. super adeptae dignitatis gratulatione Alexandri VII. R. P. ad SS. et OO. Hung. 27.) Adiudicatoriae d. 16. Jul. 1630. Catharinae Transil. Principis super decimis in oppido Somlio partim Reformato Ministro, partim Catholico Parocho praestandis. 28.) Transumtum Capituli Posonien. d. a. 1638. diuersarum Signaturarum de Bonis Episcopatus Chanadiensis pro Stephano Rohonczy, Episcopo eiusdem nominis.

Tomo XIII. *Pag. 720. continentur Varia ad regimen Leopoldi I. et Josephi I. spectantia.* 1.) Declaratio Annae Cathar. de Frangepanibus Conthoralis C. Petri Zriny d. 6. Jan. 1665. super cedendis vniuersis legatis Francisco de Frangepanibus, si dotem in aere parato deposuerit.

2.)

chényi. 28.) Instructio Leopoldi 29. April. 1693. Gubernio Transiluaniae data. 29.) Diploma d. 25. Nou. 1693. quo Leopoldus Episcopo, et Capitulo Varadiensi Bona restituit. 30.) Formula Juramenti pro Gubernatore Transiluaniae. 31.) Interpretatorium Principis Pauli Esztoras Palatini d. 30. Jun. 1694. Deliberati in Causa decimali Archiepiscopo Strigon. Georg. Széchény contra Joannem Janucha e Comitatu Nitriensi appellata. 32.) Conditiones de 14. Aug. 1694. sub quibus conditionibus Georgio Fenessy Episcopo Agriensi Bona episcopalia resignata sunt. 33.) Extractus summarius d. 28. Febr. 1695. Fundationum Széchényianarum in summa 2407700. fl. 34.) Privilegium Leopoldinum d. 16. Febr. 1699. pro Ecclesiis, et Personis ecclesiasticis G. R. non vnitorum in Hung. Croat. Sclau. et Transil. 35.) Diploma Leopoldi I. d. 20. April. 1697. quo Familia Teleky honore Comitum S. R. J. decoratur. 36.) Privilegium Leopoldinum d. 1. Maii 1699. super Seminario Szelepchényiano. 37.) Resolutio Leopoldina in favorem Catholicorum Transilvaniae 5. Septemb. 1699. edita. 38.) Transumtum Capituli Posonien. d. a. 1699. Privilegialium omnium Literarum pro Conuentu Posonienſi monialium a S. Clara. 39.) Contractus arendatitius d. a. 1700. quo C. Stephanus Zichy beneficia sua in Sz. Endre exarendat oppidanis pro 1000. fl. et sex tapetibus turcicis. 40.) Li-

te-

terae ſententionales Palatini Pauli Eſzterás d. 5. Decemb. 1680. Capitulo Jaurinenſi ſuper generali in merito Decimarum Tabulari Deciſione extradatae. 41.) Mandatum Leopoldinum d. 9. April. 1701. ad Cameram Hungar. ſuper reſtituendis Clero Bonis. 42.) Decretum Camerae Aulicae d. 9. April. 1701. in eodem merito fine promulgationis per Hungariam emanatum. 43.) Mandatum Leopoldinum ad Gubernium Tranſiluan. d. 20. April. 1701. fine actutum publicandae Reſolutionis regiae d. 5. Septemb. 1699. miſſum. 44.) Intimatum regium d. 28. Jun. 1701. quo Leopoldus Reſolutionem ſuam de Decimis 5. April. editam interpretatur. 45.) Reſolutio Leopoldina d. 28. Jun. 1701. eiusdem argumenti ad Epiſcopos Quinqueeccles. Zagrab. Syrmien. et Boſnenſem. 46.) Mandatum Leopoldinum d. 13. Febr. 1702. quo Gubernium Tranſiluanicum iubetur Reſolutiones praecedentium annorum promulgare, et in Candidatione Catholicis ſemper primum locum dare. 47.) Teſtimoniales Capituli Strigonien. d. a. 1702. ſuper proteſtatione Palatini Pauli Eſzterházy contra abalienationem Jazygiae, et Cumaniae. 48.) Intimatum Camerae Aulicae d. 30. Aug. 1703. quo cum Camera Hungarica communicatur Conventio Kollonichiana circa Praelatorum libertatem in teſtando. 49.) Reſponſum d. 25. Aug. 1703. ad Grauamina reformatae, et vniuerſae Religionis in Tranſiluania.

nia. 50.) Memoriale Magni Magistri Ordinis Theutonici pro Indigenatu ad SS. et OO. in Diaeta s. d. 51.) Testimoniales Capituli Tinniensis super exoptentatione Pauli de Zerin, per Sororem Elisabetham relictam C. Thomae de Corbania in 2000. flor. s. d. 52.) Fassio perennalis Nicolai Patatich de Zajezda super venditione castelli Kuzmicz, et Curiae Sikad coram Capitulo Zagrabiensi an. 1657. Georgio Gorup facta. 53.) Pignoratitiae, quibus a. 1657. coram Capitulo Zagrab. Nicolaus Keglevich de Buzin Georgio Gorup V. Comiti Varasdiensi aliquas portiones Castri Crapina, et Kosztel oppignorat. 54.) Confirmationales Leopoldinae d. 1. Mart. 1659. pro P. Francisco Konaczky Rectore Collegii S. J. et Crucigero Sopronienſi Privilegiorum Rudolphi, Mathiae &c. Ordinem Crucigerorum concernentium. 55.) Armales Leopoldinae d. 29. Septemb. 1659. Familiae Boghnár. 56.) Confirmationales Leopoldinae d. 9. Jan. 1666. Testamenti Nicolao Zriniensi. 57.) Diploma Leopoldinum d. 26. April. 1669. super minerarum fodinis Nicolao Andrassy de Krasznahorka concessum. 58.) Literae d. 12. Aug. 1690. quibus Leopoldus partem Bonorum, alienare volens jubet praetendentes iura sua intra sex menses legitimare. 59.) Intimatum Camerae Aulicae d. 13. Aug. 1701. ad Cardinalem Kollonich ratione Decimarum. 60.) Mandatum Fran-

ci-

cisci Rákoczy d. 16. Jul. 1706. quo demandat Consilio oeconomico Neosoliensi, vt Szomolnokiensium praetensiones iuxta Instructionem definiant. 61.) Eiusdem d. 13. Jul. 1707. ad oeconomicum Consilium Eperiessiense quoad metalli fossores in praedio Stelbach haud immunitandos. 62.) Eiusdem aliud d. 14. Aprilis 1708. quoad venditionem cupri, deposita vrbura, admittendam. 63.) Contractus arendatitius perpetuus d. 11. Jan. 1708. C. Petri Zichy cum oppido Sz. Endre initus. 64.) Decretum Francisci Rákoczy d. 8. Febr. 1709. de peragenda in Mád pro parte Fisci Conscriptione. 65.) Testimoniales Personalis Joannis Horváth Simonesics d. 23. Mart. 1710. super contractu arendatitio Zichyano cum Oppido Szent-Endre.

Tomo XIV. *Pag. 550. continentur varii generis Acta, Literae, Priuilegia, etc. sub Carolo VI. et Maria Theresia edita.* 1.) Species facti in negotio Sessionum Diaetalium secundum prioritatem quoad Venerabilem Clerum obseruandam. 2.) Repraesentatio Cleri d. a. 1712. quoad Mandata declinatoria Jurisdictioni Spirituali praeiudiciosa. 3.) Resolutio Carolina d. 12. Jun. 1715. quoad praecedentiam Episcopo Agriensi in Sessione Diaetali concedendam. 4.) Mandatum Carolinum d. 20. Mart. 1722. quo iubetur Primas, et Card. Augustus de Saxonia controuersiam praecedentiae inter Episcopos otius definire. 5.)

Libellus Episcoporum supplex pro ordinanda Deputatione ad definiendam litem de praecedentia. 6.) Eorundem alius pro ordinanda Deputatione, coram qua Episcopus Agriensis iura sua producere teneatur. 7.) Responsum d. 11. April. 1711. Primatis, litem hanc ex Privilegiis Regum decidendam esse, quorum interpretatio ad suam Maiestatem pertinet. 8.) Mandatum Caroli VI. d. 26. Jun. 1722. ad Archiepiscopum Colocen. de conseruanda in Sessionibus Episcopi Agriensis praecedentia vsque definitionem litis. 9.) Libellus supplex Gabrielis Ant. Erdödy Episcopi Agrien. quo petit revocari ea, quae cum laesione honoris publice contra illum porrecta sunt. 10.) Replica eiusdem Episcopi in merito praetensae praecedentiae. 11.) Scriptum germanicum Card. de Saxonia, quo Scripta in hoc merito pro, et contra ventilata iubet cum P. Tonnemann communicari. 12.) Literae d. 15. Aug. 1722. quibus C. Ladislaus de Nádasd Episc. Csanad. per RR. D. Bartolovich Cardinali omnia huius meriti Acta remittit, et quidem: *a*) Petitum Episcoporum consecratione seniorum, vt Episcopus Agriensis Briuilegium super iure praecedentiae producat. *b*) Consideratio circa quaestionem praecedentiae. *c*) Fundamenta, et argumenta in hoc merito pro Episcopo Agriensi. *d*) Refutatio argumentorum eorumdem. *e*) Repetitio motiuorum cum Serie Episcoporum Agri-

Agrienſium ab a. 1217. *f*) Memoriale Epiſcoporum ſeniorum in merito praecedentiae. *g*) Libellus ſupplex eorumdem ad Regem contra Epiſcopum, et Capitulum Agrienſe. *h*) Inſtantia Emerici Eſzterházy Epiſcopi Zagrabien. ad Regni Primatem pro ſuae Eccleſiae poſt Agrienſem praecedentia. *i*) Inſtantia, qua Epiſcopus Agrienſis rogat Primatem pro praecedentiae ſuae manutentione. *k*) Replica Epiſcopi Agrienſis. *l*) Deductio praecedentiae Epiſcopi Agrienſis. *m*) Votum Sigismundi Archiepiſcopi Viennenſis in cauſa praecedentiae inter Epiſcopos Hungariae. *n*) Votum Georgii Tonnemann S. I. in eodem merito. *o*) Appendix ad eiusdem votum. *p*) Opinio in eodem negotio Stephani Nagy Vice-Palatini, et Ant. Graſſalkovics Cauſarum regal. Directoris Poſonii d. 22. Decemb. 1722. *q*) Repraeſentatio Cardinalis a Saxonia d. 31. Martii 1723. qua ſubſternit deciſionem quaeſtionis de praecedentia Epiſcoporum iudicio ſuae Maieſtatis. 13.) Collationales Caroli VI. d. 31. Aug. 1725. ſuper Archiepiſcopatu Strigonienſi pro Emerico C. Eſzterhazy ex cathedra Weſzprimienſi promoto. 14.) Propoſitiones Cancellariae Hungaricae d. 19. Maii 1727. quoad Clerum, et Nobilitatem ſuae Maieſtati factae. 15.) Reſcriptum eiusdem Cancellariae d. a. 1730. ad Cameram Aulicam, quo petitur opinio Fiſci communicanda ſuper Repraeſentatione Cleri quoad teſtandi facultatem.

16.) Repraesentatio Cleri de hoc merito cum opinione Emerici Eſzterházy Strigon. Archiepiſcopi s. d. 17.) Repraesentatio altera Cleri Hungarici in eodem negotio d. 9. Octob. 1730. 18.) Repraesentatio Cleri d. 9. Octob. 1730. ad Carolum VI. fine inſtituendi ſubſidii eccleſiaſtici pro ſubſiſtentia Parochorum. 19.) Intimatum Camerae Aul. s. d. ad Cancell. Hung. ſuper deciſo miniſteriali quoad Praelatis conceſſam teſtandi facultatem. 20.) Tranſumtum Perſonalis Ant. Graffalkovich Contractus arendatitii Zichyani ſuper oppido Sz. Endre. d. 3. Jan. 1738. 21.) Inſtantia Cleri d. 8. Aug. 1716. ad Carolum VI. petentis ab oblato ſubſidio releuari, fundationes priſtinas reſtaurari, decimas Schismaticis non praeſtari, haereticos ad Loca articulana reſtringi, &c. 22.) Confirmationales Caroli VI. d. 27. Octob. 1724. ſuper Literis priuilegialibus Crucigeratus Sopronienſis per Reges Hung. conceſſis pro Rectore Collegii S. J. Sopronienſis. 23.) Extractus Decreti ad SS. et OO. ſub Diaeta an. 1741. ſuper Jure Patronatus, qui illud ſibi vendicant, legitimando. 24.) Decretum Thereſianum d. 7. Jan. 1749. quo ſede archiepiſcopali Strigon. vacante, Dignitates in Capitulo conferuntur. 25.) Tranſumtum Leopoldini Diplimatis ſuper honore Comitum familiae Telekianae collato d. 26. Septemb. 1751. 26.) Reſponſum Adami Fran. Kollár d. a. 1766. ad quaeſtionem de iure conferendi beneficia

cia Capitularia ad Praelatos deuolutos, et Fisci Regii in iisdem successione. 27.) Propositio d. 9. Maii 1767. Cancellariae Hungaricae intuitu Juris Patronatus. 28.) Mandatum Reginae d. 10. Febr. 1769. de examinandis Aduocatis.

COLLECTANEA de inaugurali Diplomate, quae in impressis Actis Dietalibus an. 1790. non continentur. *Pag.* 390. Fol.

1.) Fundamentum pro autoritate nouum elaborandi inaugurationale Diploma. 2.) Genuina Hungaricae Constitutionis per adoptatam Sanctionem Pragmaticam Principia. 3.) Idea Punctorum noui Diplomatis. 4.) Combinatio vtriusque Proiecti Danubiani, et Tibiscani cum diuersis in hoc merito intercedentibus Correspondentiis, et Resolutione Regia Leopoldina, additis insuper Animaduersionibus de Palatino, et independentia Regni. 5.) Proiectum quoad Senatum, et introitum Diplomatis. 6.) Proiecta duo de Senatu Regni eligendo Circulorum Cis-, et Trans-Tibiscani, itemque Cis-, et Trans-Danubiani. 7.) Vorschläge über verschiedene Gegenstände des Diploms. 8.) Opinio Camerae Reg. Hung. Aulicae super Proiecto Diplomatis. 9.) Reflexiones Fisci Regii, et Camerarum montanarum. 10.) Reflexiones priuatae quoad speciales eiusdem Diplomatis Articulos. 11.) Reflexiones Comitatus Sárosiensis

quoad ordinationem Ciuitatum. 19.) Protectum conditionis de Sacra Regni Corona Nicolai Skerlecz.

——— Pasquillorum Hungaricorum. 4. *Pag.* 197.

——— Numorum argenteorum Regum, Principum, Perſonarum, rerumque notabilium, ſpectantesque ad Religionem Proteſtantium, inſtituta ad delectationem hiſtoricae Cognitionis. 4. *Pag.* 30.

——— Maleficiorum, et Beneficiorum, quae Jurisdictiones in Regno Hungariae habent. fol. *Pag.* 542.

Continet Reflexiones ſub Comitiis an. 1802. ventilatas Ciuitatum Bakabányan. Bartphen. Brezno-Banyen. Buden. Carpon. Caſſou. Cibinien. Comarom. Cremnicen. Debrecin. Eperies. Ginſien. Haidonacal. Oppidor. Ciuit. Jaurin. Jazyg. et Cuman. Ciuit. Késmárk. Kis-Marton. Leutſchou. Libet-Bányen. N. Bányen. Neoplanten. Neoſol. Peſtien. Poſon. S. Georg. Scepuſien. Oppidor. Ciuit. Schemnicenſis, Sópron. Strigon. Szakolcz. Szeged. Temesvár. Thereſiopol. Trenchén. Tyrnan. Vi-Bányen. Veterosol. et

et Zombor. Deinde ſequuntur totius Regni Comitatus ordine alphabetico.

— Intimatorum Excelſi Conſilii Regii Locumtenentialis Hungarici de diuerſis annis, et negotiis. fol. *Pag.* 132.

1.) Intimatum ddo. 26. Jun. 1752. improbans Magiſtratui Schemniczenſi negligentiam in re Sanitatis. 2.) d. 9. April. 1790. ſuper reſtituta Conſilio R. L. et Jurisdictionibus priſtina actiuitate. 3.) d. 28. Nouemb. 1797. praeſcribuntur Regulae directiuae pro expeditione Paſſualium. 4.) d. 5. Decemb. 1797. ſuper Intabulatione Capitalium fundationalium gratis praeſtanda. 5.) d. 21. Jul. 1805. vt Interuſuria ſub Bello Gallico in Cambiali Inſtituto Viennenſi Capitalium dependantur. 6.) d. 28. Jul. 1801. de victualibus limitandis. 7.) d. 11. Aug. 1801. de Rationum quoad Reparationes Viarum ducendarum modo. 8.) d. 18. Aug. 1801. de Termino Citationis in Cauſis matrimonialibus prolongando. 9.) d. 1. Sept. 1801. de ſupplendis Vacantiis Alumnorum Hungaricorum trium in Academia Thereſiana. 10.) d. 7. Jul. 1801. de Actionibus magiſtratualibus quotannis Conſilio R. L. ſubmittendis. 11.) d. 18. Aug. 1801. de gremialium Inſtantiis per V. Comites ſubmittendis. 12.) d. 9. Septemb. 1801. de recurſu

Supplicantium ad Turmam Praetorianam medio Cancell. S. Hung. Aulicae formando. 13.) d. 9. Sept. 1801. Stipendiorum vacantiae per Comitatus publicandae. 14.) d. 25. Mart. 1800. quoad Relationes periodicas super factis nouis, et antiquis Fundationibus, et piis Legatis G. R. N. V. Secularis Cathegoriae per ordinarias Jurisdictiones Politicas submittendas. 15.) d. 4. Aug. 1790. super modo in Posta acceptandi, et conditionandi Literas missiles. 16.) d. 20. April. 1790. de regulatione Fundationum Secularium. 17.) d. 28. Nouemb. 1806. de persecutione, et extirpatione Latronum. 18.) d. 21. Nou. 1786. quoad recursus ad Aulam G. R. non vniti Populi cohibendos. 19.) d. 21. Nouemb. 1786. de obseruatione festorum apud G. R. non vnitos. 20.) d. 5. Decemb. 1786. communicatur Praeseruatium contra luem pecorum. 21.) d. 12. Decemb. 1786. de infantibus cum sexto aetatis anno ad Scholas mittendis. 22.) d. 12. Decem. 1786. de coordinatione Scholarum triualium Walachicarum. 23.) d. 23. Decemb. 1786. de abolitione Cathedratici. 24.) d. 5. Jan. 1787. de indulgendis Domorum Benedictionibus tam apud vnitos, quam non vnitos G. R. homines. 25.) d. 1. Maii 1787. de frequentius per Vice-Comites suscipienda Cassarum visitatione. 26.) d. 8. Maii 1787. de Reflexionibus quoad pensionatos politicae conditionis Officiales obseruandis. 27.)

d.

d. 21. Maii 1787. de Archidiaconis in controuersiis circa Tollerantiam per Diaecesanos semper pro semper actiuisandis. 28.) d. 22. Maii 1787. de Judaeorum quaestu, et labore manuali inter Christianos habitantium diebus Dominicis, et Festis prohibendo. 29.) d. 27. Maii 1787. de pecoribus ex Hungaria cum Certificatis super sanitate expellendis. 30.) d. 11. April. 1787. de modo Quaerimonias vrbariales sopiendi. 31.) d. 22. Nouembr. 1786. de ratione nonam, et Decimam a Colonis desumenda. 32.) d. 21. Nouemb. 1786. de Stigmate Fabri ferrarii vinculis, quae pro Captiuis praeparantur, apponendo. 33.) d. 21. Nou. 1786. de Telonio a personis cum impendimentis aerarialibus profecturis Militaribus non desumendo. 34.) d. 5. Decemb. 1786. de prohibenda vestium militarium per rusticos emtione. 35.) d. 5. Decemb. 1786. de modo Ablicentiatos milites cum Passualibus domi tractandis. 36.) d. 5. Decem. 1786. de frugibus in locum Contributionis ad Domus annonarias erga forense pretium recipiendis. 37.) d. 19. Dec. 1786. de pretio auri in Mura, et Drauo fluuiis inuenti in 15. fl. 55. xr. defixo. 38.) d. 19. Decemb. 1786. de dispositionibus contra grassantem equorum luem per Comitatus faciendis. 39.) d. 5. Decemb. 1786. de Colleda in nonnullis Protestantium locis vsitata ad fixos Contractus pro intertentione Ministrorum reducenda.

He-

——— Heraldica Hungariae, quibus Descriptiones complurium Scutorum nobilitarium e Libro regio extractorum exhibentur. fol. *Pag.* 300.

Vtpote: Abrahánffy Jos. Ambrosorſzky Fran. Joan. Steph. Biharienſium 10. Perſonarum. Brühl Philip. Conſtantinovich Nic. Cseh Mich. Csor Fran. Dallos Mart. Doſztál alias Szakolczay. Miller de Braſſo Ferdin. Haaſz Fran. Heinrich Joa. Inricskay Paul. Ivancsics Georg. Kovács Steph. Kun Petr. Küttel Sam. Liptay Mart. Lukács Mart. Naypár Jos. Pulovicza Paul. Schöffman Ignat. Sillobod And. Stoicsevics Steph. et Joan. Szeremley Sam. Zana Joan. Andreovich And. Bervonoſzecz Georg. Wolfgang. Biriſich Fran. Bordás Georg. Farkas Adam. Joan. Sam. Hubert alias Eutelhuber Jos. Richard. Jeoſſich Jos. Kariczai And. Kaveggia Joan. Kögl. de Waldinuzzi Georg. Jos. Krempelmajer Steph. Kutſchersfeld Podiuini. Lukacsevics Maximil. Rohr Bened. Steph. Seczujacz Georg. Staniſſauljevich Theod. Szallics Ant. Szecsen Math. et Alexand. Szentkiriák Lad. et Georg. Szereneſi Fran. Joanovics Vidák Vincent. Winarſzky Car. Polſten. Car. Fran. Vörös Mich. Balog Steph. Barinai Fran. Belloſicz Paul. Blaſovſzky Jos. Büki Steph. Eötvös Paul. Erlinger Barthol. Joan. Gajzler Joan. et Ignat. Herdovics Joan. Hollo

alias

alias Szalkay Jos. Inczédi Petr. Keffala Joan. Klohomér Fran. Math. Kovács Joan. Losek Jos. Miller Joan. Elemos. Ferd. Molnár Joan. Nagy Steph. Nenadovics Paul. Orlik Sam. Paár Joan. Percsics Jac. Pillér Jos. Polyák Ant. Galli Thom. Joan. Wolnhoffer Paul. Abráhám Adam. Ambrosovics Joan. Andrla Joan. Balla Greg. Barvulszky Joan. Buczurka Ladis. Dombai Fran. et Jos. Forster Sam. et Math. Ganczang Joan. Gaszner Jos. Göll Ludou. Gonda Joan. Gulner Mich. Györi Paul. Habermajer Godef. Hadár Nic. Juhász And. Kerling And. Kiss Fran. Kovács Steph. Kovácsics Georg. Krahmer Ignat. Malik Mich. Najmajer Fran. Petermányi Mich. et Adam. Petrás Joan. Pilich Joan. Preschner Viti. Simeonovics Philip. Szy Fran. Toronylai Nic. Tot Steph. et Fran. Trajcsik Adam. Varasdi Emer. Endredi Lad. Schmilliar Lud. Farkas Lad. Boros Joan. Taff Mich. Bardossy Joan. Rátkai Petr. Machai Familiae. Deschan Ant. Joan. Stanislavics Nic. Pócskay aliter Fakó Greg. et Jos. Ladislaides. Christ, Deschan de Hansen Ant. Schobel Jos. Ferberth Joan. et Fran. Xáv. Sissai Mich. Blesics Nic. et Jos. Bottichky Joan. Petr. Dinnyés alias Sáska Joan. et Mich. Golub Georg. Gall Joan. Hatalovics Jos. Heuszler Familiae. Jelenesics Ant. Jeszovich Paul. Joan. et Ladis. Kiss alias Orbán Fran. Kovács Jos. Kreskay Joan. Nadáskay And. Neustetter Joan. Papics Joan. Péchy

Langon Joan. Hartvics Jos. Nicolelics Joan. Temesvári Jaizvicz Fran. Rebell Lad. Leitner Godefr. Kurth Thom. Ant. Smith Greg. Joan. et Fran. Munkácsi Joan. Ács Laurent. Fleischmann Fran. Ant. Garlicsch Frid. Nic. Adorján Adalb. et David. Sütö Georg. Löffler And. Ant. Moller Car. Otton. Krausz Joan. Linkner Mich. Hannibal Joan. Bapt. Székely alias Németh Nic. Mart. et Paul. Ballassházi Jac. Augustin. Magyar Casp. Melch. et Balth. Pirolt Mich. et Ignat. Torkos Jac. Rés Georg. Joan. Modányi Christoph. Pauer Math. et Fran. Molnyai Jac. Hueber Mich. Liptai Fran. Balog Joan. et Mich. Thanhoffer Jac. Trischmann Georg. Kliegl Leop. Zboray Laurent. Fug Georg. Semrlein Balth. Ferdin. Szirmay Georg. Franc. et Steph. Prekrith Petr. Eccard Vern. Jordanii Foris Matthaei. Toth Fran. et Georg. Obenaus de Liebenfeld Joan. Francoluka de Markondrovich Mich. Jankovics Bonavent. Dorotavcsevics Simon. Lörincz Joan. Sárosy Math. Sörös Mich. Szakmáry Steph. et Ant. Ballibány Theodor. Jac. et Joan. Szépli Joan. Gergye Steph. et Georg. Kerekes Jerem. et Steph. Kiss Georg. Gömrei Joan. Szenczi, alias Rotth Steph. Mackh Joan. Ant. Kretsmáry Joan. et Georg. Cornides Martin. Topertzer Jac. Fischer Joan. Akomér, alias Rommány Martin. Nyiró Steph. Augusti Joan. Petr. Györgyeuk Joan. Finta Joan. Egerer Frider. Atanásković. Nic.

La-

Lazarus Georg. Waxmuith Casp. Wimmer Joan. &c. 2.) Consignatio Armorum in Libris haud reperibilium. 3.) Series Nobilium nonnullorum, quibus Scuta per Principes Transiluaniae collata sunt. 4.) Specificatio Personarum, quibus armales sub regimine Aug. Imp. et Hung. Regis Leopoldi II. an. 1790. et 1791. expeditae fuerunt. 5.) Consignatio Armorum in Cancellaria Archiepiscopi Strigon. et Primatis expeditorum sub coronatione Leopoldi II. a. 1790. item an. 1792. sub coronatione Francisci II. 6.) Specificatio Nobilium ab an. 1792. vsque 1802. inclusiue a Francisco II. creatorum.

—— ad Historiam ecclesiasticam Protestantium in Hungaria. fol. *Pag.* 732.

* *Continentur*: 1.) Hilaria euangelica depressi Sionis in Hungaria, seu Relatio historica, quomodo Ecclesiae aliquae Hungaricae cum aliis euangelicis Ecclesiis Europaeis celebrauerint Jubilaeum Lutheranum A. R. P. 1718. 2.) Computus Ecclesiarum euangelicarum super obtingentia pro Agentibus d. 12. Maii 1760. 3.) Documenta ad historiam ecclesiasticam, et Literariam in Partibus trans Danubium Austrum spectantibus. 4.) Protocollum inuiolatae A. C. Consistorii Cis-Danubiani, in quo Acta, Deliberata, et Statuta Synodalia sub directione Plurimum R. ac Cl. D. Steph. Fekete Eccln. L. ac R. Ciuit. Kőszegh Pastoris, et reliquarum Cis-

Danubium inuiolatam A. C. amplectentium Superintendentis diligenter configuata sunt ab 1669. anno. 5.) A' nemzetes, tiszteletes, és Istenben buzgó Bárány Györgynek, a' Sz. Lőrénczi Ekleſia Pásztorának, és a' Tolnai egész Dioeceſisnek Plántálójának, és Seniorjának 1757. eſzt. die 1. Julii lett boldog halála után Fiui oktatása. 6.) Documenta ad reunionem Proteſtantium in Hungaria R. Catholicis saeculo XVII. tentatam pertinentia. 7.) Oratio funebris in solennibus exequiis Spect. ac Magnif. D. Petri de Réva. 8.) Literae diuersae V. D. Miniſtrorum in negotio Religionis. 9.) Inſtantiae Pretesdienſium, Jaurinenſium, Eperjeſienſium, Bankenſium, Vadosfaluenſium, &c. in negotio Scholarum, Oratoriorum, Templorum, et Miniſtrorum. 10.) Diſcurſus DD. Ablegatorum de negotio Religionis Lutheranae cum sua Maieſtate Regina M. Thereſia. 11.) Series perſonalis audientiae Deputatorum A. C. in Hungaria addictorum apud Aug. Imp. Joſephum II. Viennae 6. Mart. 1774. habitae. 12.) Matricula ordinatorum ab an. 1614. vsque 1767. ad sacrum Miniſterii officium. 13.) Formula Concordiae Eccleſiarum J. Chriſti, in Comitatibus Caſtriferrei, Sopronienſis, et Zaladienſis exiſtentium de articulis controuerſis habita in Synodo Meſzleniana, dum Auguſtanam Confeſſionem, cui omnes earundem Seniores, et Paſtores, et etiam Scholarum Rectores pro-

propriis manibus die 12. Septemb. A. D. 1595. ſubſcripſerunt. 14.) Beythii Steph. inuectiui verſiculi in Michael. Kereſzturium. 15.) Schuberti Petri Oratiuncula habita in Generali Synodo die 2. Junii 1625. Chepregini celebrata. 16.) Forma ordinationis nouorum Miniſtrorum. 17.) Itinerarium, ſiue Proceſſus itineris ſuſcepti Greg. Musay Superintendentis Cis-Danubiani, vt et Steph. Fabri V. Contubernii Notarii cum DD. Commiſſariis a ſua Maieſtate Sacratiſſima, et DD. Regnicolis ad reſtitutionem Templorum occupatorum an. 1646. ablegatis. 18.) Variae Connotationes Synodales. 19.) Relatio ſuper inueſtitura R. D. Joan. Sipkovics Toth Superintend. in Eccl. Vadosfaluenſi peracta. 20.) Bárány Joan. Carmen funebre valedictorium néhai fö tiſzteletü, Iſtenben buzgó, Nemes, és Nemzetes Sipkovits Toth Jánosnak Téthi Eccleſia Páſztorának, az egéſz elsö Magyar Orſzágban az A. Confeſſion való euangelica Sz. Gyülekezetnek érdemes Superintendensének hideg tetemei fölött. 21.) Excerpta ex Protocollo iuridico Conſiſtorii hiſtorici Confeſſionem Aug. amplectentis in Comitatibus Cis, et trans-Danubianis Superintendente, vt apparet, Tobia Brunczvikio. 22.) Beythe Steph. Confeſſio. 23.) Confeſſio Chriſtianae Fidei V. Lib. Ciuitatum in Superiori Vngaria Caſſouiae, Leutſchouiae, Bartphae, Eperieſſini, et Cibinii. 24.) Extractus Protocolli ſuper viſitationi-

bus Eccleſiarum euangelicar. cis Danubíum. 25.) Brunczvick Tobiásnak, a' ki ideig Szered városában Prédikator, és a' meg nem változtatott A. Valláſt igazán követö hívéknek Superintendenſe vala (de idövel igáz hitet el-tserélvén) Lelki-gyötrelmérül való vallás-tétele, mellyet önnön maga ezen Versekben világoſságra botsátott Szeredben an. 1630. B. Aſzſzony napján. 26.) Csepreg Városának Lengyelek, és Horvátok, és több kegyetlen Nemzetek által lett keſervés romlásárol való meg-menekedett ſzegény Déák, Könyvezö ſzemmel, és ſzivel öſzvö-rakott minyáráſt akkor, mikoron a' romlásnak vége lett an. 1621. 27.) Quaeſtio: vtrum religionis diuerſitas poſſit, aut debeat matrimonium impedire. 28.) Inſtructio pro Senioribus in inſpectione et viſitatione Eccleſiarum obſeruanda. 29.) Inſtructio Scholae Rectorum. 30.) Egyházi Rendelések. 31.) Quaedam de Principe Gab. Betlenio et Paul. Forró Curtio.

——— iuridica, et politica Hungariae. 8. *Pag.* 338.

* 1.) Anmerkungen von dem Gerichten, und nothwendigen Perſonen. 2.) Cynoſura, ſeu Repertorium ſuper Ordine iudiciario ſub d. 23. Nouemb. 1785. pro regno Hungariae. 3.) Commentatio breuis de vni-

vnione Protestantium in Hung. 4.) Valostás, hogy Magyar Ország, és Ausztria között való Kereskedésének szabad volta a' Magyaroknak, noha költségesebb volna is nem csak ártalmas, hanem inkább igen hasznos is némethbül magyarra tette által Benyák Bernád. 5.) Nota de Articulis decretalibus Hung. inter Ms. Kollária na. 6.) Propositiones ex Jure ecclesiastico Publico communi. 7.) Positiones ex vniuérsa Jurisprudentia. 8.) Materia Tentaminis Publici ex Praelectionibus Statisticis Petri Bredanovecz 1797. 9.) Propositiones ex Jure ecclesiastico publico communi, et Historia, ac Institutionibus Juris Hungarici Emerici Domin 1796. 10.) A' Süketek, és Némák iránt való Tisztünkröl Dominica Oculi mondott Predikatzio, melly egyszersmind felelet a' sok közül azon Kérdésre, honnan lehessen egy Süketek, és Némákat nevelö Oskolának fel-állitása, és fentartására meg-kivántató Költségeket szerezni magyar Hazánkban 1804.

——— Historiae ecclesiasticae Bartphensis A. C. addictor. Ecclesiae a tempore Reformationis B. Lutheri, vsque aeuum nostrum, quod in an. 1786. incidit, in suis memorabilibus epochis tradita, et ad Posteros in perpetuam rei memoriam rudi calamo transmissa per J. G. K. Bartph. 4. *Pag.* 276.

Collectio Diplomatum, ac Priuilegiorum, ac reliquorum quoque Scriptorum ad Hiſtor. Patriae, Jurisprud. forenſem, ac ipſum Jus Publ. Hung. illuſtrandum facientium in II. Tomos congeſta Csetnekini, ac Sopronii ab an. 1766. vsque 1771. per Jonath. Victoris 4.

* Tomus I. *Pag.* 185. *complectitur.* An. 1167. Diploma Regis Stephani, quo Foecos a iugo ciuili ſubtractus, libertate donatur cuicunque famulandi. A. 1223. Mandatum Andraae R. quo confirmantur Priuilegia Monaſterii S. Martini. A. 1223. Series Documenti Ordini Theutonico per Honorium R. P. elargiti. A. 1228. Sententia Duelli ratione cuiusdam piſcatoris non in perſona, ſed per pugiles ſuſcipiendi. A. 1255. Priuilegium Belae R. quo Conuentui Praemonſtr. de Jaſzow confirmantur Literae priuilegiales per Tartaros combuſtae. A. 1260. elegans laconica Relatio ſuper Statutione. A. 1271. Priuilegium Saxonum Scepuſienſium per Stephanum IV. editum. A. 1272. Exemtionales Stephani IV. ſuper Jobbagyionatu propter probatam fidem in bello Bohemico. A. 1274. Mandatum Ladislai IV. quo Comitibus Thomae, et Andreae poſſeſſio Cuhnaalja per Colomannum Regem erepta, reſtitui praecipitur. A. 1274.

1274. Priuilegium, quo cuiusdam Bani filiis Bona ad Kaſtjám — Huczeg ſita conferuntur. An. 1283. Donationales, quibus Comiti N. filio Bani N. Bona quaedam iure perpetuo conferuntur. A. 1275. Fundatio Monaſterii Monialium in Inſula B. M. V. A. 1290. Andreae III. Literae, quibus ius Patronatus in monaſterio Jaſzquienſi ſibi reſeruat. A. 1291. Donatio eiusdem ſuper Rosnauia pro Archiepiſcopo Strigonienſi. A. 1320. Juramentum de non patrata violentia praeſtitum. A. 1325. Inhibitorium Palatini, quo Judex in deſignata cauſa procedere inhibetur. A. 1325. Teſtimoniales octauales ſuper ſoluenda altera marca. A. 1330. Mandatum, vt proficiſcentes in via examinentur. A. 1331. Mandatum Caroli R. de Literis annualibus. A. 1332. Literae, quibus indulgetur Procuratoribus, et Plenipotentiariis alios ſubſtituere. A. 1333. Plenipotentiales a Lad. de Nagy-Semjén datae. A. 1334. Literae de deponendis inſtrumentis Literalibus in Clauſtris. A. 1343. Literae, quibus debitori imponitur iuramentum de perſoluto mutuo. A. 1344. Aliae, quibus Actore non probante, Incatto Juramentum adiudicabatur. A. 1344. Literae, per quas in cauſis violentialibus Incattus iurans abſoluebatur. A. 1345. Relatio ſuper reambulatione Territorii. A. 1348. Ablegatio Ciuitatis Kesmark in gratiam Ordinis Hierosolymitani. A. 1349. Literae, ex quibus con-

iicitur Judices Nobilium fuiſſe ſimul Vice-Comites. A. 1354. Literae, quibus oſtenditur, miſſo Sigillo magiſtratuali, Hungaros compulsos fuiſſe ad teſtificandum, et loco Mandati Compulſorii duntaxat Sigillum oſtenſum eſſe. A. 1357. Teſtimoniales ſuper adiudicato Juramento purgatorio. A. 1386. Donationales Caroli Parui Michaeli de Fejér egyház elargitae. A. 1389. Priuilegium oppidi Priuidgye. A. 1404. Diploma, quo Sigismundus Joanni Bano Machouienſi quorumdam perfidorum poſſeſſiones donat. A. 1417. Priuilegium eiusdem ſuper nundinis in Dopſina celebrandis. A. 1419. Paria Inſcriptionalium Stiborii pro parte Szabovſzkiana factarum. A. 1431. Fundationales Stiborii pro Hoſpitali Szakolczenſi S. Eliſabethae. A. 1433. Priuilegium Sigismundeum, quo Ciuitatis Kesmarkenſis priuilegia per Huſſitas combuſta renouantur. A. 1431. Miſſiles Nicolai Uz de Uzfalva ad Georgium de Geche pro impetrando Mandato regio ad Capitulum Scepuſienſe fine peragendae Inquiſitionis. A. 1436. Mandatum Sigismundi Imp. quo Kesmarkenses argentum pro moneta noua, cuius 100. Denarii faciunt 1. fl. mutui nomine Leonardo Noſtry de Bajmocz dare iubentur. A. 1436. Sigismundi Imperat. Diploma, quo conferuntur Arma nobilitaria Andreae Veſterhazo, fratribus, filiisque. A. 1438. Literae, e quibus intelligitur, quod litigantes, ſi pendente lite

pe-

penes Requisitorum e locis Credibilibus Literas expetebant, non originalia acceperint, sed Judicibus clausae transmissae fuerint. A. 1438. Testimoniales super remissione pignoris. A. 1439. Literae, quod etiam in Ciuitatibus Statutioni locus fuerit super Domibus a Rege donatis. A. 1440. Literae Elisabethae Reginae, quibus Capitulum Scepusiense ad obedientiam monetur. A. 1462. Relaxatoriae Mathiae R. super censu vnius anni regio Kesmarkiensibus datae. A. 1462. Absolutionales Nobilis And. Conya Cruciferi de Vajrocz. A. 1474. Mathiae R. Priuilegium Johanni de Csetnek. A. 1479. Literae Eiusdem, quibus Ciuitati Sopronienſi Praedium Egered restitui mandatur. A. 1479. Relatoriae Conuentus de Csorna in hoc merito. A. 1485. Sententia ex contumacia cum poenalitate lata. A. 1490. Literae, quae docent, remonstratum ius per Inquisitionem statim adiudicatum fuisse per Sedriam absque vllo Processu. A. 1490. Quietantia super 100. fl. Ciuitati Cibinienſi data. A. 1507. Batha Paul. Quietantionales coram Comitatu Georgio Gombos datae. A. 1592. Mandatum Rudolphi de regulanda moneta Polonica Regno Hung. damnosa. A. 1624. Confirmatio Fundationis Seminarii in Ciuitate Tyrnauienſi per Archiepiscopum Strigon. erecti. A. 1625. Diploma Ferdinandi, quo Praelatis Hung. facultatem de Bonis ipsorum, quae patrimonialia non sunt, dispo-

nendi, et teſtandi concedit. A. 1627. Fundationales Collegii Jaurinenſis pro PP. Jeſuitis. A. 1628. Confirmationales ſuper Fundatione Collegii Poſonienſis. A. 1669. Priuilegiales pro Familia Andrásyana ſuper iure fodinarum. A. 1702. Contradictio Palatini contra abalienationem Jazygum, et Cumanorum coram Capitulo Strigon. interpoſitâ. A. 1704. Memoriale Equitum Ord. Theutonici ad SS. et OO. regni pro receptione. A. 1752. Patentales prohibentes ſub poena capitis Duellum. A. 1754. Dobner Jos. computus pecuniae pignoratitiae in XVI. oppidis Scepuſii latentis. A. 1769. Reſcriptum reſtrictionem, et regulationem Aduocatorum concernens. A. 1080. Confirmationales pro eccleſia S. Mich. Weſzprimienſi per Ladislaum datae, Teſtimoniales ſuper euocatione s. a. Diploma Geysae II. ad illuſtrandum Decr. Colomani I. Cap. I. et ſeqq. s. a.

* Tomus II. *Pag.* 206. *complectitur*, A. 1666. Diploma, quo Teſtamentum Nicolai de Zrin confirmatur. A. 1444. Documenta, quorum quoduis ſufficit ad probandum ius ſupremi Dominii Regum, et Regni Poloniae in 13. Oppida Scepuſienſia. A. 1477. Mathiae Mandatum in Cauſa Nicolai Alth per Nicolaum de Vese excoecatum, ne duellum ad crepuſculum differatur. A. 1769. Intimatum Conſilii R. Locumt. ad Ciuit. Tyrnauienſem de reformanda Vniuerſitate. A. 1690. Decretum

Leo-

Leopoldinum super diuenditione Bonorum sub certis conditionibus. A. 1772. Manifestum Friderici Borussiae Regis pro occupatione Poloniae. A. 1772. Manifestum M. Theresiae Hung. Reginae pro Jure ad Regna Haliciae, et Lodomeriae. A. 1772. Absolutionales Stephani Pechy a crimine laesae Maiestatis cum relaxatione perpetui Arresti, et restitutione Bonorum. A. 1772. Decretum Regium, quo iubetur C. Ladislaus Forgách ex vniuersis suis Bonis eiici, et Creditoribus satisfieri. A. 1772. Mandatum aliud in causa Creditorum Forgáchianorum. A. 1691. Obligatoriales Georgii Fekecs Halapiensis e captiuitate Turcica reducis, super pecuniis pro oppignoratis Bonis in sui redemtionem, mutuo leuatis. A. 1693. Mandatum inhibitorium relegatorium, quo declaratur auctoritas Senatoris contra Ciuem reuituperantem intentata. A. 1473. Diploma Sigismundi super collatione Officii Palatinalis pro Laurentio de Hedervár. Patentales Theresianae de Asylo s. a. A. 1766. Repraesentatio Comitatus Neogradiensis in negotio Vrbariali. Reuersales impetratoris portionem notoriam Joannis condam Görgey. s. a. A. 1737. Mandatum continens directionem pro L. R. Ciuit. Kesmarkiensi quoad Nobiles domos, et fundos ibidem habentes. A. 1166. Donatio Stephani R. qua Vidoni filio Dobuca confirmatur collatio pro Fratribus Hierosolymitanis facta. Mandatum Gregorii R. P.

ad

ad Abbatem Varadinenſem, quo Bona crucis ſignatorum iubetur reſignare: Epiſcopo Bosnenſi s. a.

——— ſyſtematica C. R. idealium Reſolutionum in negotio Reuiſionis Librorum: cui adiectus eſt Index alphabethicus. fol. *Pag.* 90.

——— Actorum diplomaticorum inter Ferdinandum I. et Joannem Hungariae Reges, quorum pleraque ex Antonii Verantii calamo profluxerunt. *Mss.* co*dicum* 4. *Pag.* 136.

1.) Expoſtulatio Joannis Regis cum Ferdinando Rege. 2.) Literae Joannis Regis d. 22. Jul. 1530. ad Carolum V. Imp. 3.) Aliae eiusdem d. 20. Jan. 1527. ad Clementem VII. R. P. 4.) Aliae eiusdem ad Status Imperii R. G. 5.) Aliae Eiusdem ad Papam Clementem VII. 6.) Aliae Eiusdem ad Joan. Auſonium Baron. Burgo. 7.) Aliae eiusdem ad Venetiarum Ducem. 8.) Aliae Eiusdem ad Cliſſianos. 9.) Aliae eiusdem ad Viennenſes. 10.) Literae Solymanni Turcarum Imperatoris ad Joannem Hung. Regem. 11.) Aliae Eiusdem ad Eundem. 12.) Juramentum, quod Solymannus Princeps Turcarum fecit Joanni Regi ſuper confoederatione cum eo inita.

13.)

13.) Conditiones perpetuae Pacis inter Sereniſſ. Ferdinandum, et Joannem Reges Hung. 14.) Conditiones Pacis inter Iſabellam Hung. Reginam, et Ferdinandum Romanorum Regem. 15.) Inſtructio Nobilis, et Generoſi Equitis Nicolai de Beneuento, dum a Joanne Hung. Rege ad Pontificem Max. mitteretur. 16.) Inſtructio data per Sereniſſ. Principem, et DD. Joannem Regem Hung. &c. Reu. in Chriſto Patri D. Joanni de Lasko Electo Weſzprimienſi Oratori ad Sereniſſ. Principem D. Sigismundum Regem Poloniarum. 17.) Inſtructio priuata pro Praepoſito Posonienſi ad Ill. D. Ducem Calabriae.

——— Fragmentorum Juridicorum 4. *Pag.* 154.

1.) Collecta quoad antiquam Praxim Judiciariam in Hungaria. 2.) Origo Conſtitutionis Hungaricae ex Collatione, ſeu combinatione Legum Romanarum elucescens. 3.) Erotemata ex Corpore Juris Hungarici. 4.) De Birſagiis Notula. 5.) Rauttenſtrauchii Prolegomena Juris vuiuerſi tum publici, tum priuati. 6.) Diſquiſitio Quaeſtionis: num Legislator extra Caſus, in quibus citra interitum Ciuis ſalus Ciuitatis periclitatur, iure poenam mortis dictandi inſtructus ſit? 7.) Pars ſecunda Hiſtoriae Juris Hungarici, in qua fontes, ſubſidia,

fidia, vsus, ac praecipui Juris Hungarici priuati Scriptores per suas Positiones proponuntur cum Prouocatis ad rem fontibus, Legibus, ac rationibus adumbrata incerto Auctore.

——— Frágmentorum poeticorum diuerso idiomate, tempore, ac occasione procusorum. fol. *Pag.* 336.

1.) Adria Tengernek Sirenája Groff Zrinyi Miklos. Huius typum memorat Catalogus Librorum Széchényianus. 2.) Versus hungarici de Paride, et Helena. 3.) Epigramma ad concremata an. 1790. M. Varadini Acta dimensionalia. 4.) A' Haza tért Magyar Koronának öröm Innepe. 5.) M. Theresiens an. 1773. Daseyn in Eszterház. 6.) Leichengedicht auf den frühen Hintritt des jungen Joh. Leop. Gabriel. 7.) An Hochzeitfest des M. Jos. Torkos. 8.) Plausus Pannoniae Palatino F*** W****. 9.) Trauergedicht auf H. Joh. Leop. Artner. 10.) Fran. Pater Versus caballistici. 11.) Stella lucida sole onomastico D. Samuelis Petko. 12.) Ein Lustspiel: die Oedenburger hoch getriebene Noblesse an. 1777.

——— Manuscriptorum varii argumenti. fol. *Pag.* 372.

1.)

1.) Literae Ferdinandi R. ad Principem Sauelli d. 15. Mart. 1631. quibus communicat copiam foederis inter Regem Franciae, et Guſtauum Suecum. 2.) Confoederatio d. 19. Jan. 1631. inter Gall. et Suec. Reges. 3.) Pacificatio Ratisbonenſis d. 13. Octob. 1630. ratione Ducatuum Mantuae, et Montisferrati. 4.) Literae Ferdinandi d. 1. Maii 1631. ad Principem Sauelli, in quibus exponuntur auxilia a R. Pontifice petenda. 5.) Reſponſum ad propoſitionem Kutarty, cum Propoſitione Ablegati Bauarici, prout ex ipſius ore partim ipsa S. C. R. Maieſtas obſeruauit, partim etiam Ill. ac Excell. D. Princeps ab Eggenbergh ex eiusdem ore accepit. 6.) Proiectum Reſponſi ad Propoſitionem Kurtartyanam reddendi. 7.) Inſtructio Regis Galliae pro D. de Charnaſſe ad tractandum cum Liga catholica in Germania, ſimulque Plenipotentiales ad tractandum de neutralitate. 8.) Inſtructio Ferdinandi II. d. 30. Decemb. 1631. Duci Sauelli data. 9.) Inſtructiones Ferdinandi II. d. 5. Feb. 1632. Cardinali Pázmány Romam ablegato datae. 10.) Credentionales Ferdinandi d. 5. Feb. 1632. pro Card. Pázmány in fauorem Epiſcopi Viennenſis. 11.) Literae Ferdinandi d. 5. Feb. 1632. ad Card. Ant. Fran. Barberinum pro Epiſcopo Viennenſi. 12.) Commendatitiae Eiusdem d. 8. Febr. 1632. ad R. Pontificem pro Cardinale Pázmány. 13.) Similes ad eumdem d. 11. Febr.

Febr. 1632. 14.) Literae Eleonorae Imperatricis d. 11. Febr. 1632. ad Card. Barberinum pro Card. Pázmány. 15.) Literae Card. Pázmány d. 10. Febr. 1632. quibus ab Imperatore ſuper nonnullis Obiectis ante ſuum diſceſſum reſolutionem poſtulat. 16.) Opiniones Card. Pázmány de negotiis Romae tractandis. 17.) Eiusdem petitum apud Pontificem ſuper indultu viſitandi Clauſtra Imperatrici concedendo. 18.) Commendatitiae Ferdinandi Imp. d. 5. Febr. 1632. ad Cardinales pro Petro Pázmány. 19.) Similes d. 11. Febr. 1632. Imperatricis Eleonorae pro eodem ad Principem Sabellum. 20.) Copia Foederis ad conſervationem S. R. I. et Confoederationem. 21.) Manifeſtum Ferdinandi II. in cauſa diſſenſionis cum Proteſtantibus Imperii vulgatum s. d. 22.) Puncta quaedam ex eodem Manifeſto accepta. 23.) Conditiones Neutralitatis inter Regem Sueciae, et Catholicos Principes Germaniae per Legatum Regis chriſtianiſſimi D. Baronem de Saludie expoſitae d. 19. Jan. 1632. 24.) Propoſita iterata per D. Azollinum, et ſaepius repetita coram ſua Sanctitate, et Card. Barberino per Card. Petrum Pázmány. 25.) Relatio Cardinal. Pázmány de prima ſua Audientia, deque obmota difficultate circa titulum Legati, et Edicto imperiali data ad Ferdinandum Imp. 10. Apr. 1632. 26.) Literae Petri Pázmány ad Card. Barberinum d. 14. April. 1632. in negotio Legatio-

tionis. 27.) Aliae eiusdem ad eumdem, et ad alios Cardinales in eodem negotio. 28.) Relatio Pazmanni ad Ferdinandum Imp. in eodem merito. 29.) Literae eiusdem ad eumdem in eodem negotio d. 24. April. 1632. 30.) Literae Ferdinandi ad Pontificem d. 28. April 1632. ratione tituli Legati, et Credentionalium. 31.) Literae Card. Pázmány d. 1. Maii 1632. ad Ferdinandum quoad conſiderationes Papae de Confoederatione. 32.) Literae Ferdinandi ad Pazmanum d. 22. Maii 1632. de tollendo abuſu in promotione ad ſacros Ordines maiores. 33.) Literae Pazmanni ad Ferdinandum d. 15. Maii 1631. de ſubſidio belli. 34.) Petitum Card. Pazmany apud Papam pro Epiſcopo Viennenſi in Collegium Cardinalium adoptando. 35.) Reſolutio Ferdinandi Imp. d. 28. April. 1632. ad propoſita per Card. Pázmány Puncta. 36.) Credentionales Vrbani VIII. d. 5. Maii 1632. ad Ferdinandum II. pro Nuncio ſuo. 37.) Literae Ferdinandi d. 25. Octob. 1629. ad Principem Sauelli ratione Edicti de monaſteriis, et Bonis Ordinibus Relig. reſtituendis. 38.) Literae Card. Pázmány d. 29. Maii 1632. ad Ferdinandum Imp. de effectu ſuae Legationis. 39.) Literae Anonymi Cardinalis ad Ferdinandum Imp. s. d. de legatione Pázmányii. 40.) Aliae d. 29. Maii 1632. R. P. Vrbani VIII. ad eundem de legatione Card. Pázmány. 41.) Sermo Card. Pázmány ad

mitti iubetur. 89.) Reſponſum verbale ſuae Maieſtatis M. Thereſiae Deputatis Euangelicorum vſum Filiarum ſolicitantibus in audientia datum. 90.) Reſolutio regia d. 14. Jun. 1754. qua minorennes mixti matrimonii quoad baptismum, et funus Plebano Catholico ſubiiciuntur. 91.) Intimatum C. R. L. H. d. 7. Febr. 1754. quo filius Baronis Réva in religione catholica educandus Viennam mitti iubetur. 92.) Aliud d. 2. Mart. 1754. quo Neoſolii Inquiſitio ordinatur in exceſſus Miniſtrorum. 93.) Aliud d. 14. Mart. 1754. quo Reformati Eperieſſini degentes Parocho Catholico ſubiiciuntur. 94.) Aliud d. 18. Mart. 1754. regulationem quoad ſingulas functiones religionarias Accatholicis in Comitatu Thuroczenſi praeſcribens. 95.) Reſcriptum regium d. 26. Mart. 1754. ſuper indultu erigendi Oratorii H. C. ex vſtis tegulis in Kis-Uj-Szállas Cumaniae maioris. 96.) Intimatum C. R. L. H. d. 28. Mart. 1754. quo Comitatus Thuroczenſis iubetur admonere Baronem Révay de filio Tyrnauiam mittendo, et meliore prolium ſuarum cura. 97.) Edictum archiepiſcopale d. 31. Mart. 1754. de diſpenſatione Feſtorum. 98.) Intimatum Locumtenentiale d. 19. April. 1754. de puniendo Ludimagiſtro Felsö-Petényenſi Poſtillas praelegente, et Paſtore Bánkenſi ad loca interdicta excurrente. 99.) Intimatum aliud d. 30. April. 1754. prohibens Miniſtris in Comitatu Li-

ptoienſi excurſionem ad loca non articularia, et catholicae pubis ad Scholas Proteſtantium receptionem. 100.) Aliud d. 7. Maii 1754. relaxans actionem fiſcalem contra Miniſtros excurrentes erectam. 101.) Aliud d. 16. Maii 1754. diſponens inquiſitionem in Comitatu Zolienſi contra euangelicos Oſztroluczenses, et Baczurovienses. 102.) Aliud d. 20. Maii 1754. quo Debreczinienſes diſpenſantur a ſubmittendis Libris Viennam pro Cenſura. 103.) Aliud d. 28. Jun. 1754. quo petitur Informatio de loco coemeterii per Garamſzegienses in Comitatu Zolienſi erigendi. 104.) Reſcriptum regium d. 4. Jul. 1754. quo Magiſtratui Debrecinenſi reſtituitur autoritas cenſurandi libros edendos penes ſubmiſſionem quatuor exemplarium ad Conſilium Locumtenentiale. 105.) Mandatum regium d. 8. Julii 1754. quo numerus Miniſtrorum H. C. in Szathmár-Nimeth ad duos reſtringitur. 106.) Intimatum C. R. L. H. d. 8. Jul. 1754. quo reprehenduntur Euangelici ob infundatas querimonias, Parochus Marczulenſis ob percuſſum Accatholicum in 200. fl. mulctatur, et Ludimagiſter Cseſztoenſis in Comitatu Neograd. amouetur. 107.) Aliud d. 19. Jul. 1754. quo Domini Terreſtres prohibentur Colonos diebus feſtis ad labores cogere. 108.) Aliud d. 23. Jul. 1754. quo in Comitatu Neograd. eccleſia Alsó-Eſztergálienſis euangelicis adimi, et alter fundus exſcindi iubetur. 109.) Aliud d. 16. Aug.

Aug. 1754. quo Oratorium Aracſienſium Reformatorum in Comitatu Szaladienſi tollitur. 110.) Intimatum d. 3. Septemb. 1754. de piarum Fundationum accurata adminiſtratione, et reddendis quotannis deſuper Rationibus. 111.) Aliud d. 9. Septemb. 1754. de citandis euangelicis Osküenſibus, qui Plebanum verberarunt. 112.) Aliud d. 9. Septemb. 1754. quo inquiſitio per Comitatum Weſzprimienſem peragenda ordinatur quoad Eccleſiarum euangelicarum in Szölös, et Kerta contrauersarum exercitium, et hoc concomitantes exceſſus. 113.) Aliud d. 23. Septemb. 1754. quo omnis vis in Comitatu de Sáros Accatholicis inferenda prohibetur, et reſolutiones regiae obſeruandae quoad ſingula ſpecifice praecipiuntur. 114.) Aliud d. 15. Octob. 1754. quo Ginſienses Accatholici a ſuis praetenſionibus ſuperſedere iubentur. 115.) Aliud d. 9. Nouemb. 1754. quo actio fiscalis contra Accatholicos in Füred, et Aracs tumultuantes ordinatur. 116.) Aliud d. 16. Decemb. 1754. quo clauſula ſaluo iure Dominorum Terreſtrium explanatur. 117.) Aliud d. 23. Decemb. 1754. quo tria Indiuidua Catholica ad Senatum Debrecinenſem occaſione Reſtaurationis recipi iubentur.

Tomo VII. *Pag.* 401. *continentur ab anno* 1755. *vsque annum* 1763. 1.) Intimatum C. R. L. H. d. 16. Jan. 1755. quo Baro de Réva actione fiscali conueniendus

endus decernitur propter proles in euangelica religione educatas. 2.) Aliud d. 17. Jan. 1755. quo Minister Cremnicensis Michael Klein ob editam foris Catechesim ab officio amouetur. 3.) Aliud d. 18. Jan. 1755. de Coemeterii Garamszeghiensis in locum commodiorem translatione. 4.) Aliud d. 28. Jan. 1755. quo ad ecclesiam Csoltóensem H. C. Comitatus Gömör. Parochus Catholicus inducitur. 5.) Aliud de eodem dato duos processus fiscales contra Apostatas Papenses, et Csernyeienses secundum praescriptam Normam institui praecipiens. 6.) Aliud d. 9. Febr. 1755. quo Veterosolienſis Notarius Orsowszky deponi, et in electionibus Catholicorum ratio haberi praecipitur. 7.) Aliud d. 18. Mart. 1755. quo N. Banyae secundus Minister amouetur, et Schola H. C. ad Grammaticam reducitur. 8.) Aliud d. 19. Jun. 1755. quo Consiliarius Ladis. Barinyai ad Comitat. Thuroczensem exmittitur, vt Baroni Révay proles adimat penes actionem fiscalem. 9.) Mandatum regium d. 11. Jul. 1755. praecipiens Alsó-Esztergálienſibus per Comitatum Neograd. actutum consuli. 10.) Intimatum C. R. L. H. d. 14. Jul. 1755. praecipiens vexas Plebanorum, et Dominorum Terrestrium in Alsó-Esztergály tolli. 11.) Aliud d. 28. Jul. 1755. quo Comitatus Neogradien. reprehenditur ob proles Petri Beniczky, ex Eva Pronay natas, in religione euangelica institutas. 12.)

De-

Decretum regium d. 7. Aug. 1755. ad L. B. Dóry praecipiens, inueſtigationem ratione Oratorii in Fantſika manu militari occupati. 13.) Literae Epiſcopi Jauriensis d. 22. Aug. 1755. quibus Senatores Catholicos Sopronienses diſponit, vt contendant excludere ab exercitio Juris Patronatus euangelicos. 14.) Statuta oppidana Cl. Joannis Csáky d. 22. Aug. 1755. pro Zsákodz, Millenbach, et Nagy-Szalok Protestantes in relatione munerum, et vſu Scholarum reſtringentia. 15.) Intimatum d. 30. Septemb. 1755. demandans Comitatui Zoliensi inueſtigationem contra Miniſtrum Garamſzeghiensem absque promulgatione, et teſtimonio Parochi Catholici copulantem. 16.) Aliud d. 2. Octob. 1755. praecipiens Comitatui Weſzprimiensi Connotationem animarum ex oppido Papa ad Adaſz-Tevelye excurrentium. 17.) Aliud d. 9. Octob. 1755. ad Comitatum Neograd. de Plebano Catholico Loſſonczini inducendo. 18.) Aliud d. 23. Octob. 1755. quo Comitatui Biharienſi intiungitur inueſtigatio cum concurſu Dioeceſani contra tumultuoſos Reformatos reoccupantes in Orvend campanas. 19.) Circulare d. 3. Nouemb. 1755. prohibens heterodoxos alienigenas inire matrimonium ſine indultu regio cum perſonis ciuilibus. 20.) Intimatum Locumtenentiale de eod. dat. quo Chyrurgo Puſch extraneo A. C. conciuilitas Sopronii conceditur. 21.) Circulare d. 24. Nouemb.

glarum in negotio religionis. 41.) Aliud d. 17. Martii 1756. subiiciens Possessores Praediorum Kiss-Igmánd, et Fagyos in Comitatu Comaromiensi iurisdictioni Parochorum Catholicorum. 42.) Aliud d. 8. Aprilis 1756. exercitium R. C. in Kis-Hidvég tollens, et ad Város-Hidvég transferens propter aggravium plebis. 43.) Aliud d. 29. Aprilis 1756. quo inquisitio praecipitur de collectis Acatholicorum in Congregatione Maskovicali determinatis. 44.) Aliud d. eod. dato concedens ampliationem Oratorii, et renouationem turris sine horologio in Szabad-Szállás. 45.) Aliud d. 7. Maii 1756. praecipiens Comitatui Neogradiensi inquisitionem contra Acatholicos Losonczienses, et actionem fiscalem contra apostatas. 46.) Aliud d. 24. Maii 1756. praecipiens Comitatui Honth. contra Rectorem Osgyániensem inquisitionem, qui Studiosum Pongrácz ab apostasia recessurum ludibriose excepisse fertur. 47.) Aliud d. eod. dato eidem Comitatui demandans in Osgyán effectuationem effectuandorum. 48.) Aliud d. eod. dat. quo V. D. Minister Schemnicensis Michael Pohl a poena exilii absoluitur. 49.) Mandatum Theresianum d. 13. Jul. 1756. de prolibus mixti matrimonii hactenus in indifferentismo educatis, ad religionem catholicam reducendis. 50.) Intimatum Consilii R. L. H. d. 5. Aug. 1756. de erigenda actione fiscali contra Parentes catholicos, proles

suas

has indifferenter educantes, aut plane peruertentes. 51.) Aliud d. 30. Aug. 1756. ad Episcopos de modo proles disparis matrimonii ab haeresi reuocandi. 52.) Aliud d. eod. dat. idem circulariter magistratibus praecipiens. 53.) Aliud d. 9. Decemb. 1756. quo Comitatus Neograd. reprehenditur, quod duos malefactores per Ministrum Szügyensem disponi, et ad locum supplicii comitari admiserit. 54.) Aliud d. 23. Decemb. 1756. quo improbatur magistratui Eperiesiensi incaptiuatio apostatarum, et exactio fidefussionalium. 55.) Aliud d. eod. dat. exigens a Comitatu Wesprimiensi informationem de exercitio A. C. in Ecclesia Vetseiensi. 56.) Aliud d. 17. Febr. 1757. Circulariter praecipiens Academicis extra regnum diutius morari volentibus nouum recursum pro indultu regio. 57.) Literae Judicis Nobilium Honthensis d. 6. Mart. 1757. quibus Carolus Nolten pro subeundo aresto Rima-Szombathinum citatur. 58.) Intimatum C. R. L. H. d. 28. Mart. 1757. improbans Comitatui Honthensi, quod Carolum Nolten iam a 30. annis apostatam iure conuenire neglexerit. 59.) Aliud d. 7. April. 1757. quo Carolus Nolten ad vnius anni carceres cum biduano ieiunio per hebdomadam condemnatur. 60.) Aliud d. 18. April. 1757. de prouisione Parocho F. Tiszovnikensi, et A. Esztergállienſi in Comitatu Neogradiensi praestanda. 61.) Mandatum

regium d. 25. April. 1757. Ciuico magiſtratui Debrecinenſi praecipiens, vt omnes ſummas fundationales erga Obligatoriales cum annui interuſurii accurata perſolutione Camerae Hungarico - Aulicae reſignet. 62.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 7. Jun. 1757. praecipiens Comitatui Weſzprimienſi vberius Vetseienſes exaudiri, Ludimagiſtrum cum Miniſtro ob attentatas contra prohibitionem functiones fiſcali actione conuenire. 63.) Aliud d. 10. Jun. 1757. Comitatui Zolienſi demandans informationem de Adamo Kruspán ſine indultu cum perſona A. C. per Miniſtrum Garamſzeghienſem copulato. 64.) Intimatum C. R. L. d. 13. Jun. 1757. quo Carolo Nolten dictatus carcer in domeſticum commutatur, per Parochum quotidie viſitandus. 65.) Intimatum C. R. L. H. d. 21. Jun. 1757. quo petitur a Comitatu Jaurinenſi informatio de agris Miniſtri H. C. Szemerienſis per Compoſſeſſores R. Catholicos occupatis. 66.) Aliud d. 29. Aug. quo informatio poſtulatur a Comitatu Zolienſi de Miniſtro Garamſzegienſi copulante Michaelem Szuſztar parentibus catholicis natum. 67.) Aliud d. 13. Septemb. 1757. ad Ciuitatem Cibinenſem, ne Incolas poſſeſſionum Magyar-Jakab, et Okutfalva in exercitio religionis turbet. 68.) Aliud d. 22. Septemb. 1757. quo exigitur a Comitatu Weſzprimienſi informatio de numero Accatholicorum Polyanyienſium Oratorium reparare volentium.

trium. 69.) Aliud d. 24. Octob. 1758. de conuerſis in carcere Apoſtatis ante reſolutionem regiam non dimittendis. 70.) Aliud d. 7. Nouemb. 1757. quo admonentur ſub comminatione F. Tiſzovnikenſes, et A. Eſztergállienſes ad praeſtanda ſtolaria. 71.) Aliud d. 19. Decemb. 1757. approbans ſententiam Comitatus Honthenſis contra Stephanum Török in puncto ſeductionis latam. 72.) Aliud d. eod. dato quo Senatui Brezno-Bányenſi iniungitur, vt parentes mixti matrimonii proles in euangelica religione educaturos trium menſium carcere, et 12. fl. poena plectat. 73.) Circulare d. 20. Decemb. 1757. de Summis fundationalibus cum Literis per Adminiſtratores reſignandis, et Conſilio R. L. H. ſubmittendis. 74.) Intimatum C. R. L. H. d. 2. Jan. 1758. quo petitur informatio a Comitatu Albenſi de reparatione Oratorii H. C. in Aba. 75.) Literae Archidiaconi Lipcsenſis d. 20. Feb. 1758. communicantis cum Lad. de Radván Reſcriptum regium de non copulandis Sileſitis. 76.) Intimatum d. 16. April. 1758. de praecauenda via facti in adimendis Oratoriis Accatholicorum. 77.) Alid d. 21. April. 1758. praecipiens Comitatui Gömörienſi de cauſis matrimonialibus cum praeiudicio Jurisdictionis ſpiritualis in Foris Accatholicorum deciſis. 78.) Aliud d. 26. Jun. 1758. quo Comitatui Jaurinenſi iniungitur, vt exceſſiue defumtam ſtolam Pataházienſibus, et Révfaluenſibus reſtitui faciat. 79.) Aliud

d. 3. Aug. 1758. quo proles Pilarikianae ad moniales Tyrnauiam per Comitatum Zolienſem mitti iubentur. 80.) Aliud d. 25. Aug. 1758. quo in Francsika admittitur ex ſolidis materialibus Oratorium exſtrui. 81.) Aliud d. 19. Octob. 1758. quo improbatur Comitatui Thuroczienſi proceſſus contra Catholicae religionis impetitores, et ab educatione ſeductores ſiniſtre inſtitutus. 82.) Aliud d. 8. Jan. 1759. quo ſententia carcerum Apoſtatae Török in Comitatu Honthenſi dictata ob aduerſam valetudinem mitigatur. 83.) Aliud de 11. Jan. 1759. de audiendis Miskenſibus, et praeſtanda informatione. 84.) Aliud d. 18. Jan. 1759. de feſtis Catholicorum per G. R. non vnitos obſeruandis. 85.) Aliud d. 26. April. 1759. omnis generis collectas ſingulis Religionibus prohibens. 86.) Aliud d. 29. Maii 1759. quo Fok-Szabadienſes Oratorium ſuum reparare inhibentur. 87.) Aliud d. 25. Jun. 1759. Comitatui Honthenſi iniungens Miniſtrum H. C. Kiss-Ölvödienſem ad Zalaba excurrentem actione fiſcali conueniendum. 88.) Aliud d. 3. Jul. 1759. inueſtigationem praecipiens Comitatui Weſzprimienſi quoad diuerſas circumſtantias religionarias in Pere-Mártony, Berhida, et Kovátsi. 89.) Aliud d. 6. Jul. 1759. ad Ciuitatem S. Georgii de ſeſſtentia in blasphemum Marterlehner lata, ante ſubmiſſionem haud exequenda. 90.) Aliud d. 19. Jul. 1759. quo petitur relatio ſuper commo-

moratione longiori extra regnum Studioſorum Heinzeli, et Fabri. 91.) Aliud d. 6. Septemb. quo Praedicans Padar A. C. ad Meleghegy filialem excurrere prohibetur. 92.) Aliud d. 7. Septemb. 1759. Comitatui Albenſi praecipiens actionem contra Apoſtatas, et proles in indifferentismo educantes. 93.) Aliud d. 13. Septemb. 1759. quo Miniſter H. C. Soponyenſis Joſ. Láſzky ab exteris oris redux ad Siſtendum coram Excelso Conſilio R. L. H. citatur. 94.) Aliud d. eod. dat. quo magiſtratus Neoſolienſis iubetur Paulum Fabri ex Saxonia reuocare. 95.) Aliud d. 17. Septemb. 1759. quo Moleg-hegyienſis Ludimagiſter A. C. remoueri iubetur. 96.) Aliud d. eod. dato, quo Praedicantes in Nagy-Dömölk in cauſis matrimonialibus, et ſtolaribus ſub comminatione poenarum Jurisdictioni eccleſiaſticae ſubiiciuntur. 97.) Currentales Comitatus Gömörienſis d. 28. Septemb. 1759. de obſeruandis per Accatholicos idealibus Reſolutionibus. 98.) Aliud d. 5. Octob. 1759. de praeſtanda per Comitatum Honthen. informatione ſuper querimoniis Accatholicorum. 99.) Aliud d. 16. Octob. 1759. de Togatis Debreczinenſibus collectas vetitas congerentibus. 100.) Aliud d. 28. Octob. 1759. iisdem Togatis prohibens excurſiones ſub praetextu adiuuandi Miniſtros. 101.) Aliud d. 21. Jan. 1760. quo idem Togatis Patakienſibus interdicitur. 102.) Aliud d. 31. Jan. 1760.

quo a Comitatu Gömöriensi postulatur specificatio, et informatio de locis filialibus Accatholicorum. 103.) Aliud d. 4. Febr. 1760. quo Neosolienſis Minister Adámi reprehendi iubetur propter copulatum extraneum Accatholicum. 104.) Aliud d. 8. Febr. 1760. quo petitur a magistratu Posonienſi informatio de Studiosorum Klar, Dobay, et Scheffer facultatibus ad exteras Academias iter flagitantium. 105.) Aliud d. 11. Febr. 1760. quo repetitur denuo resolutio regia de non copulandis alienigenis sine indultu Accatholicis. 106.) Aliud d. 14. Febr. 1760. de amouendo H. C. Ministro ex oppido Batta, et inducendo Parocho Catholico. 107.) Aliud d. 28. Febr. 1760. quo Comitatui Gömöriensi demandatur inquisitio super reserato per incolas Accatholicos Oratorio in Alsó-Sajo. 108.) Aliud d. 3. Mart. 1760. quo Comitatus Jaurinensis iubetur inquirere vsum exercitii ~~religionarii ab~~ an. 1681. in possessione Takácsi. 109.) Aliud d. 27. Mart. 1760. quo Comitatui Albensi committitur erigenda actio fiscalis contra seductorem Dan. Vásárhelyi. 110.) Aliud d. 4. Aug. 1760. quo Minister Padar propter excursionem ad filialem Meleghegy in 100. fl. mulctatur. 111.) Aliud d. 18. Aug. 1760. quo Paulo Lipszky Passuales ad vnum annum resoluuntur. 112.) Aliud d. 23. Octob. 1760. quo incarcerati Agendorfenses, et Loipersbachenses propter orphanos ad religionem ca-

catholicam perducendos illico dimitti iubentur. 113.) Aliud d. 27. Octob. 1760. quo non admittitur reparatio Oratorii H. C. in Magyar-Polány, ne plebs eneruetur. 114.) Aliud d. 6. Nou. 1760. admittens Proteſtantes ad Academiam Tyrnauienſem ſine coactione ad ritus Catholicorum. 115.) Aliud d. 10. Nouemb. 1760. praecipiens Comitatui Weſzprimienſi inquiſitiones, et vidimationes praeſente Dioeceſano reſpectu exercitii H. C. in Takácſi. 116.) Aliud d. 22. Decemb. 1760. quo in cauſa tumultus, occaſione parricidae Dan. Kilay A. C. ſupplicio affecti, oborti, Judices delegantur Sigis. Péchy, Merze de Szénye, et V. Comes Ezech. Görgey actore Fiſco regio contra Késmárkienses. 117.) Aliud d. 29. Jan. 1761. ad Epiſcopum Vacien. Car. Eſzterházy de commonendis Parochis, vt Renerſales ſuper educatione prolium in fide Catholica ab ineuntibus mixtum matrimonium exigant, et Accatholicos ſuaui modo reducere ſtudeant. 118.) Aliud d. 5. Febr. 1761. quo prohibentur reformati Kecskemetienses Sacra miniſtrare Lutheranis. 119.) Aliud d. 9. Febr. 1761. quo exercitium H. C. in Bugyi tollitur. 120.) Aliud d. 19. Febr. 1761. quo prohibentur Miniſtri Accatholici Judaeos baptisare, et Sectae ſuae adſcribere. 121.) Aliud d. eod. dato, quo Miniſter N. Alasonyienſis Horváth propter baptisatum Judaeum actioni fiscali ſubiicitur. 122.) Aliud d. 26. Febr. 1761. ve-

tans Miniſtros Szenteſienses in Comit. Csongradienſi Lutheranis Sacra miniſtrare. 123.) Aliud d. 16. Mart. 1761. regulans in Ciuitate Leutschouienſi Cehas, et contubernia quoad impetrationem a regia duntaxat Maieſtate Priuilegiorum. 124.) Aliud d. 27. April. 1761. quo tutela orphani Raſzlaviczy defertur Sigismundo Raſzlaviczy, quod mater ad inconuenientia ſtatui vota tranſiuerit. 125.) Aliud d. 7. Maii 1761. opifices ad Proceſſiones theophoricas ſtringens. 126.) Aliud d. 22. Maii 1761. quo praecedens Reſolutio effectuanda praecipitur. 127.) Aliud d. 18. Jun. 1761. quo amotus Michael Klein permittitur ſub vigili oculo Bartphae miniſterio fungi. 128.) Aliud d. eod. dat. contra elemosynarum collectam ſine indultu regio. 129.) Aliud d. 30. Jul. 1761. quo Posonienſium Opificum recurſus ad Aulam improbatur, et poſt hac ſub maiori animaduerſione ad Proceſſiones theophoricas ſtringendi. 130.) Aliud d. 17. Aug. 1761. de Opificibus Posonio eliminandis, ſi Proceſſiones theophoricas frequentare recuſauerint. 131.) Aliud d. 31. Aug. 1761. de cauſis matrimonialibus Proteſtantium neutiquam ſecundum ipsorum principia diiudicandis. 132.) Aliud d. 15. Septemb. 1761. Leutschouienſibus modum indicans mulctandi magiſtros, et ſodales Opificiorum. 133.) Aliud d. 24. Septemb. 1761. quo in Scholas A. C. Bazinienſium ſerio inquirendum praecipitur. 134.) Aliud

d.

d. 28. Septemb. 1761. de orphano Raſzlaviczy Tutelae R. Catholici Sigis. Raſzlaviczy ſubiiciendo. 135.) Aliud d. 18. Septemb. 1761. ad Comitat. Neograd. prohibens Praedicantem H. C. Jenöenſem adminiſtrare Sacra Lutheranis Loci. 136.) Aliud d. 29. Nouemb. 1761. exigens a Poſonienſibus informationem de receptis pellionibus, non attenta prohibitione, in Coetum. 137.) Aliud d. 11. Decemb. 1761. quo Nobiles Aporkenses in ſtolaribus ſubduntur Parocho Pereghienſi. 138.) Aliud d. 11. Jan. 1762. de Theophilo Refzler Poſonienſi ad exteras oras penes fideiuſſionem Patris, et indultum regium dimittendo. 139.) Aliud d. 26. Jan. 1762. de Miniſtro Bényeienſi Martino Horchel, et Notario Chriſtiano Bichth apud Petrienses ſacra facientibus. 140.) Aliud d. eod. dato ſignificans ſupremam gubernationem cuiusuis nominis Scholarum Regni Primati, Principi Barkoczy delatam eſſe. 141.) Aliud d. 19. Febr. 1762. contra Caluinianos Miniſtros in Vásárhely, Szentes, et Halas arcentes a baptismo conferendo in mortis periculo obſtetrices. 142.) Aliud d. 15. Febr. 1762. iubens Clerum copulare etiam perſonas ex diſpari matrimonio natas. 143.) Aliud d. 24. Maii 1762. quo Ciuitati Posonienſi ſub Salarii ſuſpenſione Lanionum connotatio imponitur, et Theophilus Schönhoffer Accatholicus Faber remittitur ad numerum adaequatum magiſtrorum

catholicorum. 144.) Aliud d. 24. Maii 1762. quo Accatholicus Pistor Prixner iubetur explere annos peregrinationis. 145.) Aliud d. 1. April. 1762. quo Neosolienſis Ciuis ob neglectam proceſſionem theophoricam in 1. fl. punitus iubetur tantum adhuc adiicere, quantum duarum librarum cerae pretium efficit. 146.) Aliud d. 6. Mart. 1762. quo M. Neczpálien. Paulus Doleſchál ob adminiſtratam S. coenam extra locum articularem Parochia priuatur. 147.) Aliud d. 13. Maii 1762. quo plures Nobiles in Comitatu Liptouienſi ob crimen apoſtaſiae carceri mancipari iubentur. 148.) Aliud d. 4. Jun. 1762. eximens Accatholicos opifices ab aliis Proceſſionibus, praeterquam theophorica. 149.) Aliud d. 21. Jun. 1762. de infantibus Judaeorum, inuitis Parentibus, non baptisandis. 150.) Aliud d. 28. Jun. 1762. quo magiſtratus Veterosolienſis iubetur pignora ciuibus ad theophoricam proceſſionem non comparentibus erga redemtionem reſtituere. 151.) Aliud d. 15. Jul. 1762. magiſtratui eidem demandans, ne ciues ad alias Proceſſiones cogat. 152.) Aliud d. 29. Jul. 1762. quo petitur informatio a Senatu Modrenſi de ſepulto H. C. inuene per Lutheranos in praeiudicium Parochi Catholici. 153.) Aliud d. 6. Septemb. 1762. de eiiciendis e ciuitate Veterosolienſi refractariis opificibus quoad Proceſſionem theophoricam. 154.)

154.) Aliud d. 16. Septemb. 1762. quo D. Mariásy in 200. fl. et Minister Berzethiensis priuatione muneris punitur ob eductum funus allodiatricis R. Catholicae. 155.) Aliud d. 11. Octob. 1762. quo Parentes Catholici Dopsenses, et Sajoenses medii anni carcere puniuntur ob educatas in religione euangelica proles. 156.) Aliud d. 23. Decemb. 1762. de restituendo prouentu molendini, et vinearum H. C. hominibus in Sajó — Sz. Péter Comit. Borsod. 157.) Aliud d. 11. Octob. 1762. quo Cardin. Migazzy iubetur Clero suo imponere, vt mature proles in religione catholica instituant. 158.) Aliud d. 13. Jan. 1763. quo Johanes Simonides M. Padárienſis, non attenta 100. fl. mulcta, denuo ad filialem excurrerit, actioni fiscali rursum subiicitur. 159.) Aliud d. 3. Febr. 1763. quo Incatti Kesmarkienses in praetenso tumultu sub executione Kilayana absoluuntur. 160.) Aliud d. 17. Mart. 1763. quo Minister, et Ludimagister H. C. Jenöenſis ob administrata sacra Lutheranis in Nográd actioni fiscali subiiciuntur. 161.) Aliud d. 28. Mart. 1763. quo Comitatui Neogradienſi demandatur inquisitio in exercitium accatholicorum Szügyenſium. 162.) Aliud d. 5. Maii 1763. quo F. Tiszovnikenses accatholici in stolaribus Parocho catholico subduntur. 163.) Circulare Episcopi Jaurinen. d. 8. Maii 1763. admittens copulari personas mixto matrimonio natas per ac-

ca-

catholicos Miniſtros. 164.) Intimatum Conſilii R. L. H. d. 7. Jul. 1763. quod Familiae Ottlik priuatum exercitium in F. Ozovecz caſſatur. 165. Aliud d. 18. Jul. 1763. quo Eccleſiae Iſaienſi in Comitatu Peſtienſi Incolae reformati quoad ſtolaria ſubduntur. 166.) Aliud d. 4. Aug. 1760. quo in poſſeſſione Hartyán Comit. Peſtienſis exercitium H. C. tollitur. 167.) Aliud d. eod. dato, quo ausus accatholicorum Peterienſium Comit. Peſtienſis, quoad Stolaria Üllöienſi Parocho ſubiectorum, circa Sacrorum exercitium coerceri iubentur. 168.) Aliud d. 16. Aug. 1763. informationem exigens de altioribus Studiis, quae Accatholicis traduntur. 169.) Aliud d. 25. Aug. 1763. de amouendo Neoſolii quarto A. C. Miniſtro. 170.) Aliud d. 30. Aug. 1763. de exigendis mulctis Proceſſionis theophoricae neglectae cauſa. 171.) Mandatum regium d. 18. Octobr. 1763. quo Ciuitas Sopronienſis iubetur tres proles condemnati Magyler in religione catholica educare.

Tomo VIII. *Pag.* 450. *ab anno* 1764. *vsque an.* 1771. *continentur*: 1.) Intimatum Conſilii Reg. Locumten. Hung. d. 26. Jan. 1764. ſuper facultate Popis G. R. non vnitis conceſſa aſſiſtendi malefactoribus ſuae religionis, quum ad locum ſupplicii educuntur. 2.) Aliud d. 3. Febr. 1764. de tollendo exercitio Graecanicae religionis in oppido Kecskemeth. 3.) Aliud d. 2. April. 1764. exigens informationem a Co-

Comitatu Castriferrei de Secundarii A. C. Ministi, N. Dömölkensis functionibus germanicis extra Oratorium. 4.) Aliud d. 5. April. 1764. quo Carolus Pongracz depositis 100 fl. ob crimen apostasiae ex consere Comitatus Liptouien. dimittitur. 5.) Aliud d. 7. Mali 1764. prohibens proles parentibus accatholicis violenter eripi. 6.) Aliud d. 18. Novemb. 1764. indulgens accatholicis Trenchinienſibus inductionem novi Ministri. 7.) Aliud d. 17. Novemb. 1764. Decretum Camerale, quo in Libet-Bánya ius praemptionis conceditur Catholicis. 8.) Intimatum C. L. d. 24. Mart. 1765. quo Cibinium inductus Minister Vachter dissimulatur cum admonitione exorbitantium. 9.) Mandatum camerale d. 26. Mart. 1765. praecipiens numerum Senatorum Brezno-Bányae imminui. 10.) Intimatum Consilii Regii Locumt. Hung. d. 9. Maii. 1765. quo carcer vnius anni Andreae Visnyowszky ob seductionem filii confirmatus Comitatui Liptouiensi innuatur. 11.) Aliud d. 17. Jun. 1765. quo 17. apostatae Liptouienses partim ad vnius, partim ad duorum annorum carceres condemnantur. 12.) Aliud d. 8. Octob. 1765. prohibens Ministros ab excursionibus ad filiales, nisi iam ante Commissionem Pesthiensem in vsu fuissent. 13.) Aliud d. 29. Octob. 1765. quo Comitatus Neograd. reprehenditur ob datam Szügyensibus assecurationem de libero religionis exercitio. 14.) Aliud d. 16. Jan. 1766.

ad

ad Card. Migazay de matrimonio non impediendo cum accatholicis eos, qui quidem parentibus catholicis orti, nunquam tamen eorum religionem professi sunt. 15.) Aliud d. 22. Jan. 1766. de puniendis per Comitatum Szaladien. ob administrata munia parochialia Ministris Kapolcsensi A. C. et Dörögdiensi H. C. 16.) Circulare d. 11. Mart. 1766. de visitandis, et conscribendis Scholis Accatholicorum. 17.) Decretum Camerale d. 21. Mart. 1766. de impopulandis regiis Ciuitatibus per extraneos. 18.) Deliberatum Comitatus Neograd. d. 18. April. 1766. quo Minister, et Ludimagister Jenöiensis in Causa Fisci magistratualis ob administrata munia parochialia absoluuntur. 19.) Aliud d. 14. Julii 1766. de Nemeskériensibus Comitatus Sopronien. circa reparationem tecti super Oratorio haud impediendis. 20.) Rescriptum regium d. 28. Maii 1766. dispensans in tertio gradu affinitatis, quae inter Michaelem Tereh, et Susannam Dobenszky intercedit. 21.) Intimatum C. R. L. H. d. 28. Jul. 1766. de eripiendis prolibus Judaeorum, et aliorum infidelium. 22.) Aliud d. 25. Aug. 1766. informationem exigens a Comitatu Neograd. de prole Okolicsányiana erga Reuersales educanda in religione catholica. 23.) Aliud 5. Septemb. 1766. quo improbatur N. Kériensibus, quod neglexerint insinuare inducendum tectum Oratorio. 24.) Aliud d. 27. Septemb. 1766. quo

Se-

Senatoris munere D. Aromatka in Ciuitate Brezno-Bányensi priuatur ob proles in religione euangelica educatas. 25.) Aliud d. 17. Nouemb. 1766. indulgens Hoppis non vnitis administrationem Sacramentorum. 26.) Decretum Camerale d. 5. Decemb. 1766. quo instauratur per impopulationem extraneorum in regiis Ciuitatibus haud derogandum esse dominanti religioni catholicae. 27.) Responsum Cc. Grassalkovics d. 11. Decemb. 1766. ad Intimatum C. R. L. H. d. 29. Octob. 1766. respectu ecclesiae Szügyensis. 28.) Intimatum G. R. I. H. d. 18. Decemb. 1766. quo Halasienses reprehenduntur ob expulsos mercenarios catholicos, et ad fundum pro Schola, et Parocho Catholico excindendum iubentur. 29.) Aliud d. 12. Jan. 1767. quo Minister Irsaiensis ab excursione ad filiales, Ludimagister a praelegendis Postillis sub actione fiscali arcentur. 30.) Aliud d. 15. Jan. 1767. quo resolutio Carolina de admittendis Ministris ad captiuos in locis articularibus confirmatur. 31.) Aliud d. eod. dato quo Domini Terrestres prohibentur sine consensu regio Religiosos Ordines augere, vel introducere. 32.) Aliud d. 23. Jan. 1767. quo inquisitio decernitur ad instantiam Nob. A. C. Szulyovienſium contra Parochum. 33.) Aliud d. 12. Febr. 1767. quo copula matrimonialis admittitur accatholicis, quarum pars vna a catholicis parentibus genita est. 34.) Aliud d. 19. Febr. 1767.

1767. vrgens iam antea demandatam Conscriptionem Scholarum accatholicarum. 35.) Aliud d. 26. Febr. 1767. Comitatui Honiensi praecipiens, vt vidua Daxner cum filia suaui modo ad religionem catholicam permoueatur. 36.) Aliud d. 9. Mart. 1767. quo Generalis Belezney petitum de inducendo ad Bugyi religionis exercitio reiicitur. 37.) Aliud d. eod. dato, quo Ecclesia, Parochia, et Schola Catholicorum in Szügy ex collecta erigi indulgetur. 38.) Aliud. d. 13. April. 1767. de connotandis prouentibus Ministri, et Ludimagistri in possessione Jenö Comitatus Neograd. 39.) Aliud d. eod. dato 1767. de prohibenda excursione Ministris in Nagy-Kürtös, et Sz. Péter Comitatus Neograd. 40.) Aliud de eod. dato, quo neo-inductus Plebanus Szulyoviensis prohibetur apud accatholicos collectas, aliasque innouationes facere. 41.) Aliud d. eod. dat. quo Comitatui Honthensi improbatur, quod A. C. Ministrum Pondelkiensem ob attentatos ausus illegitimos duntaxat in 12. fl. puniuerit 42.) Aliud d. eod. dato, quo silentium imponitur incolis A. C. possessionum Petrovay, Kiss-Falu, et Kulpin in Comitatu Bachiensi religionis exercitium petentium. 43.) Aliud d. 22. April. 1766. quo Comitatui Zodiensi significatur, ne inhabitatori Hrochoty Jergus quoad eius proles vis amplius inferatur. 44.) Aliud d. 12. Maii 1767. quo petitur informatio a Comit. Castriferrei

rei de neceſſitate inducendi ſecundarii Miniſtri in N. Dömölk. 45.) Circulare d. 18. Maii 1767. de exſtirpando Libertinismo. 46.) Circulare d. 1. Jun. 1767. de tollendis Religioſorum G. R. collectis. 47.) Intimatum C. R. L. d. eod. dato religionis exercitium G. R. hominibus in Kecskemeth admittens. 48.) Aliud d. 16. Jun. 1767. de Accatholicis Tiſzovnikienſibus quoad Stolaria Parocho ſubiiciendis, et Miniſtro Turopolenſi munia Sacra adminiſtraturo actione fiſcali conueniendo. 49.) Aliud d. 4. Jul. 1767. praecipiens Parochos inuigilare, ne Parantes Catholici proles ſuas in accatholicismo inſtituant. 50.) Aliud d. 29. Jul. 1767. quo petitur opinio de excurſionibus Miniſtrorum Kürtös. et Sz. Péter. 51.) Aliud d. 27. Jul. 1767. quo denegatur Trenchinienſibus accatholicis adminiſtratio ſacrorum in interiori Ciuitate. 52.) Aliud d. 7. Aug. 1767. admittens reſtaurationem Domus Parochialis euangelicae Neosolienſis. 53.) Aliud d. 11. Aug. 1767. praecipiens Comitatui Zolienſi inquiſitionem de Georgio Torſchan in educandis prolibus ſuis mixti matrimonii turbato. 54.) Reſcriptum regium d. 19. Aug. 1767. negotia religionis non in Sedibus Dominalibus, ſed coram Comitatu tractari praecipiens. 55.) Mandatum regium d. 25. Aug. 1767. declarans accatholicum Generalem Belęznay incapacem poſſidendae domus Peſtini. 56.) Reſcriptum

regium d. 28. Aug. 1767. praecipiens magiſtratui Schemnicenſi curam, ne Jacobi Pesko, ante mortem Sacra Catholicorum amplectentis, vidua Suſanna Tyrner, eiusque filia in bonis damnificentur. 57.) Intimatum d. 3. Septemb. 1767. prohibens vagorum copulam. 58.) Reſcriptum regium d. 4. Semtemb. 1767. de amouendo in Comitatu Neograd. ex Sz. Jvány Ludimagiſtro Poſtillas praelegente, et Miniſtri in Bokri negotio inquirendo. 59.) Intimatum C. R. L. H. d. 10. Septemb. 1767. praecipiens Comitatui Neogradienſi effectuandam d. 4. Septemb. Reſolutionem. 60.) Circulare d. 10. Septemb. 1767. de apoſtaſiae, aliarumque Contrauentionum religionariarum reis, ante Inquiſitionem non citandis. 61.) Intimatum C. R. L. d. eodem dato de Miniſtro Jenöienſi ſerio admonendo, ne munia parochialia obeat. 62.) Aliud d. 15. Septemb. 1767. de modo deſumendarum Leutschouiae multarum ab iis, qui Proceſſiones non frequentant. 63.) Aliud d. 17. Septemb. 1767. inhibens in Comitatu Neograd. Csesztoenses, et Bakoienses a ſepultura per Miniſtros attentata. 64.) Mandatum regium d. 25. Septemb. 1767. de coemeterio, et Campanili A. C. Szulyovienſibus admittendo. 65.) Intimatum d. 1. Octob. 1767. praecipiens accatholicos ob neglectam proceſſionem Bazinii non per Parochum, ſed per magiſtratum puniri. 66.) Aliud d. 12. Octob. 1767. praecipiens Co-

Comitatui Welzprimienſi Miniſtrum Kertaiensem ob peractas copulationes reprehendi, Ludimagiſtrum a perorationibus inhiberi, et Oratorium eorum in alios vsus conuerti. 67.) Aliud d. 22. Octob. 1767. quo nobiles Aporkaenses accatholici in ſtolaribus Parocho Pereghienſi Subiiciuntur. 68.) Reſcriptum regium d. 23. Octob. 1767. de ſtatu filialium euangelicarum in Comitatu Neogradienſi inueſtigando. 69.) Intimatum C. R. L. d. 12. Nouemb. 1767. admittens Nagy-Dömölkienſibus alterum Miniſtrum. 70.) Aliud d. 23. Nouemb. 1767. quo Thot-Bakenses in Comitatu Honthenſi ob attentatas turris, et tecti ſuper Oratorio euangelico innouationes corripi praecipiuntur, admiſſa Dersenyienſibus noui Oratorii lignei exſtructione. 71.) Circulare d. 1. Decemb. 1767. prohibens quaſuis innouationes in negotio religionis via facti. 72.) Intimatum d. 12. Decemb. 1767. quo reformati Senatores Debrecinenses ob dimiſſum inuinculatum Joh. Endrödy vnius anni Salario mulctantur, praeter Vice-Notarium quatuor R. Catholici ad Senatum recipiendi ſtatuuntur. 73.) Intimatum d. 22. Decemb. 1767. praecipiens Comitatui Neogradienſi puellam Schemnicensem Euphros. Stenzel placidis mediis ad Catholicam religionem reduci. 74.) Aliud d. 18. Jan. 1768. contra innouationes in negotio religionis. 75.) Aliud d. 14. Jan. 1768. violentis Occupatoribus Oratorii in Pere-Martony,

et Borhida actionem fiscalem dictari praecipiens. 76.) Aliud d. 18. Jan. 1768. conforme, quod num. 75. insinuatur. 77.) Aliud d. 4. Febr. 1768. quo in Kis-Körös locus pro Scola, parochia, et Ecclesia Catholica per Archiepiscopum Colocensem erigenda per Dominium terrestrale exscindendus Comitatui Pestiensi demandatur. 78.) Aliud d. 26. Febr. 1767. quo inquirendum demandatur Comitatui Trenchiniensi negotium A. C. Szulyquiense respectu Ministri Hradnensibus ex usu Sacra ministrantis. 79.) Aliud d. 7. Mart. 1767. Comitatui Neogradiensi praecipiens, informationem de prolibus Georgii Varga, Incolae Nagy-Lamensis, et statuenda filia per patrem Joan. Gyurjanecz Alsó-Tiszovnikensem, a matre Parocho furtepta. 80.) Aliud d. eod. dato de suspendendis Gr. Rit. hominibus a functionibus, qui non ab Episcopo Munkácsiensi, sed foris Sacros ordines susceperunt. 81.) Aliud d. 25. April. 1768. ad Ciuitatem N. Bányensem de Senatore 67. annorum apostata inquirendo. 82.) Decretum camerale ad Ciuitatem Libet-Bányensem d. 6. Maii 1768. de iure praemtionis Catholicis concesso. 83.) Aliud d. 3. Jun. 1768. praecipiens comitatui Neogradiensi cum Dioecesano inquisitionem de Ecclesiae, et Praedicantis F. Tiszovnikensis circumstantiis. 84.) Aliud d. eod. dato, quo iubetur Lanio Georg. Turcsán Király-faluensis stringi ad educandas catho-

tholice proles ſuas in conformitate Reuerſalium. 85.) Literae d. 18. Jun. 1768. Comitis Mercy Argenteaux, Praefecto ſuo praecipientis, vt accatholicos ſuos ſubditos in Comitatu Tolnenſi tueatur. 86.) Aliud d. 26. Jun. 1768. quo prohibetur in Comitatu Comaromienſi clancularia puerorum abductio. 87.) Aliud d. 30. Jun. 1768. quo conceditur Daraſienſibus in Comitatu Honthenſi Oratorii reparatio. 88.) Aliud d. 8. Jul. 1768. de aedificanda Schola, Parochia, et Eccleſia in Tiſzholy pro R. Catholicis. 89.) Aliud d. 28. Jul. 1768. praecipiens Comitatui Zolienſi inquiſitionem contra Mitoienses accatholicos pro lectione Poſtillarum ad priuatam Domum confluentes. 90.) Aliud d. eod. dato ad Brezno-Bányenses de modo tractandi proles, et parentes diuerſae religionis. 91.) Aliud d. eod. dato quo prohibentur Superintendentes, et Seniores diiudicare cauſas matrimoniales. 92.) Aliud d. 28. Jul. 1768. quo mixta matrimonia duntaxat erga Reuerſales de prolibus catholice educandis admittuntur. 93.) Aliud d. 4. Aug. 1768. quo apud Szabolchenses in Nyir-egyháza A. C. exercitium caſſatur. 94.) Aliud d. 9. Septemb. 1768. quo accatholicis Miniſtris facultas baptizandi, et ſepeliendi, depoſita ſtola, conceditur. 95.) Aliud d. eod. dato praecipiens Medicis ad morbidos aduocari viros ſpirituales. 96.) Circulare hungaricum d. 17. Septemb. 1768. diſcuſſionem cauſarum matrimo-

nialium Epiſcòpis comittens. 97.) Intimatum C. R. L. H. d. 30. Septemb. 1768. de G. R. incolis Kecskemetienſibus intra limites admiſſi exercitii continendis. 98.) Aliud d. 18. Octob. 1768. de Miſſionariis per DD. Terreſtres accatholicos Nyuſtenses in Comitatu Kiss-Honthenſi neutiquam turbandis. 99.) Aliud d. 17. Nouemb. 1768. quo Senator Lebeth - Bányenſis Math. Majling ob apoſtaſiam honeſto trium menſium carcere, retento officio puniri iubetur. 100.) Aliud d. 12. Decemb. 1768. quo nobilibus Aporkaienſibus ius liberi exercitii denegatur. 101.) Aliud d. 7. Jan. 1769. quo A. C. Slauis Cremnicenſibus ſecundarius Miniſter admittitur. 102.) Aliud d. 13. Febr. 1769. de inhumatione profundiore corporum ſepeliendorum, cingendis coemeteriis, et regulandis Zingaris. 103.) Aliud d. 25. Febr. 1769. quo Comitatui Neograd. improbatur interpretatio de reparatione Oratoriorum. 104.) Aliud d. 20. Mart. 1769. praecipiens Reſolutiones regias de baptismo in caſu neceſſitatis conferendo rite obseruari. 105.) Aliud d. 13. Mart. 1769. de Ludimagiſtro in Bokry duntaxat vsque vlteriorem diſpoſitionem retinendo. 106.) Aliud d. 20. Mart. 1769. quo accatholicis Kiss-Köröſienſibus exercitium religionis denegatur. 107.) Aliud d. 29. Mart. 1769. quo euangelici in A. Tiszovnik Parocho R. Catholico in ſtolaribus ſubiiciuntur. 108.) Aliud

lud d. 2. Maii 1767. quo G. R. Popae ſub poena carcerum omnem cautionem in ſponſis copulandis, inualescente raptus crimine, adhibere iubentur. 109.) Aliud d. 18. Maii 1769. ſubiiciens parochialem Domum Miniſtri A. C. Cremnicenſis publicis oneribus. 110.) Aliud d. 22. Maii 1769. quo admittitur frequentari Oratorium Cremnicense ab euangelicis villas adiacentes inhabitantibus. 111.) Aliud d. 8. Jun. 1769. quo mulctae eo conuerti iubentur, quo Regia Maieſtas iuſſerit. 112.) Aliud d. 29. Jun. 1769. quo denuo ſubiici iubentur Tiſzovnikenses, et Vereſienses in ſtolaribus Parocho R. Catholico. 113.) Reſolutio regia d. 8. Jul. 1769. dirimens cauſam inter Parochum Catholicum, et DD. Terreſtres Szulyovszky de fundis, campanis, Miniſtro A. C. &c. 114.) Intimatum d. 10. Jul. 1769. quo exquirendus mandatur profugus Nicol. Kavey cum quatuor filiabus e mixto matrimonio prognatis. 115.) Aliud d. 20. Jul. 1769. de praeſtanda per magiſtratum Sopronienſem aſſiſtentia Parocho R. Catholico circa orphanos Latuſſianos, et Szakaianos. 116.) Aliud d. 14. Aug. 1769. de erigenda contra Miniſtrum Trenchinien. Matth. Auguſtiny actione fiſcali propter admiſſos Morauos ad Oratorium. 117.) Aliud d. 20. Jul. 1769. declarans eccleſiam euangelicam Kesmárkienſem pro articulari. 118.) Aliud d. 21. Aug. 1769. quo petitur informatio a magiſtratu

Sopronienſi de educandis catholice orphanis Hocz, Latus, Szaka. 119.) Aliud d. 2. Octob. 1769. vetans omnibus frequentare Scholas ſeu Catholicorum, ſeu Proteſtantium, qui a Parentibus, vel Benefactoribus ſubſidia non habent. 120.) Aliud d. eod. dat. de educandis in Comitatu Neograd. Martini Svetlik prolibus catholice. 121.) Aliud d. eod. dat. quo Nobilis A. C. Adamus Gedey ob admiſſos extraneos ad priuatum ſuum Oratorium publice reprehendendus decernitur. 122.) Reſolutio Conſilii bellici d. 5. Octob. 1769. de recipiendis 120. A. C. familiis ad Legionis Petriuarodinenſis praedium Paſſoe per Archiepiſc. Coloc. Botthyanium expulſis ex Szelentse. 123.) Decretum aulicum d. 9. Octob. 1769. de prohibito, et confiscando Petri Bod Magyar Athénás, et interdicendis declamationibus Proteſtantium contra Catholicos. 124.) Intimatum C. R. L. H. d. 9. Octob. 1769. de orphanis Pfeifferianis, Szakaianis, et Latuſianis apud magiſtratum Sopronienſem diſponitur. 125.) Aliud d. 12. Octob. 1769. quo A. Eſztergályienſes in pratis, et agris R. Catholici Parochi ruſticos labores, filialiſtae accatholici ſtolam praeſtare iubentur. 126.) Aliud d. eod. dat. quo exceſſus Superintendentis H. C. Debrecinenſis in Oratorii Cumano-Madarafienſis inauguratione admiſſi notantur. 127.) Aliud d. 13. Nouemb. 1769. quo ad euitan-

tanda infanticidia poenae infamantes prohibentur. 128.) Aliud d. 22. Decemb. 1769. Bakoienſem Ludimagiſtrum a muniis parochialibus arcens, Incolas Gyarmathienſi Parocho Catholico in ſtolaribus ſubiiciens. 129.) Aliud d. 3. Jan. 1770. quo Miniſter, et Ludimagiſter Kis-Mányokienſis in Comitatu Tolnenſi ſub comminatione actione fiscalis munia parochialia exercere prohibentur. 130.) Aliud d. 5. Jan. 1770. interdicens Miniſtris matriculam cuipiam conſignare, ſed eandem in Eccleſia conſeruare, et teſtimonio roborare praecipiens. 131.) Aliud d. 15. Jan. 1770. quo admittitur Szulyovienſibus cinctura coemeterii, ex tenui muro, et contra Miniſtrum in Zay-Ugrocz actio fiscalis erigenda praecipitur ob copulatos ſine teſtimonio extraneos. 132.) Aliud d. 5. Febr. 1770. plebem de crimine inceſtus, eiusque poena inſtrui praecipiens. 133.) Aliud d. 26. Febr. 1770. Clerum Catholicum prohibens vexare accatholicos in concionibus, et maioris ſtolae deſumtione. 134.) Aliud d. 1. Mart. 1770. quo Baroniſſae Hellenbach Proceſſus fiscalis ita terminatur, vt Oratorium ipſius priuatum duntaxat Seruitoribus intra ſepta habitantibus accedere liceat. 135.) Aliud d. 2. April. 1770. quo accatholicis Aporkaienſibus ſignum campanae pro cultus diuini celebratione dare indulgetur. 136.) Aliud d. eod. dat. quo prohibentur ſine discrimine religionis eccle-

siae, et Parochiae absque indultu regio erigi. 137.) Mandatum regium d. 11. April. 1770. quo in causa Pauli Liscz A. C. contra Nobilem mota iuramentum decretale in conformitate Resolutionum regiarum deponendum admittitur. 138.) Intimatum C. R. L. H. d. 21. Maii 1770. de obligatione per Dominos Terrestres prouidendi Ludimagistris pro intertentione. 139.) Aliud d. 25. Jun. 1770. quo Liber Canonicì Vacienfis Damiani, cui titulus: Justa religionis coactio confiscari iubetur. 140.) Aliud d. 7. Jun. 1770. quo Comitatui Gömörienfi inquisitio demandatur contra Rosnauienses impedientes Parochum accedere aegrotos: *cui adiunguntur*: Determinatio, et Inhibitio Comitatus d. 5. Julii Relatio Judicis Nobilium in eodem Comitatu d. 27. Aug. et Retractatio d. 10. Septemb. Supremi Comitis. 141.) Intimatum C. R. L. H. d. 3. Septemb. 1770. ex Sola gratia regia Rosnauienses Blalunka, et Heiszler cum improbatione facti absoluens. 142.) Aliud d. 17. Septemb. 1770. de submittenda quotannis iuxta Tabellam praescriptam animarum Conscriptione. 143.) Aliud d. 25. Nouemb. 1770. praecipiens personas accatholicas, vel schismaticas cum Catholicis matrimonia ineuntes per Parochos catholicos copulari. 144.) Aliud d. 29. Nouemb. 1770. de orphanis euangelicis Polyianis per Comitatum Gömörienfem sub suam curam recipiendis. 145.)

Aliud

Aliud d. 10. Decemb. 1770. de erigendis in Comitatu Neogradienſi Parochiis R. Catholicis. 146.) Aliud d. 13. Febr. 1771. de Penso Lecticali Parochorum ad menſuram Posonienſem percipiendo. 147.) Aliud d. 15. Febr. 1771. de informationibus adminiſtrationis eccleſiaſticae quotannis per Comitatus Conſilio Regio L. H. praeſtandis. 148.) Aliud d. 9. April. 1771. quo Rima-Szombathienſibus Templum, et Scholae euangelicae ob tumultum ſub Proceſſione Catholicorum excitatum adimuntur, Miniſter, et Ludimagiſter expelluntur, Incolae carceribus, et ſcuticis plectuntur. 149.) Aliud d. 6. Maii 1771. prohibens Miniſtros cauſas matrimoniales diſcutere. 150.) Aliud d. 10. Maii 1771. de cognominibus ex matricula pro probando nexu genealogico accurate exſcribendis. 151.) Breue d. 22. Jan. 1771. Clementis XIV. R. P. de imminutione Feſtorum. 152.) Intimatum C. R. L. H. d. 12. Jul. 1771. quo Ajkenſibus in Comitatu Weſzprimienſi reparatio Oratorii euangelici conceditur. 153.) Mandatum d. 19. Jul. 1771. Comitatui Neogradienſi ſignificans, copulationem filiae Stephani Okolitsány cum Juuene Szontag inhiberi. 154.) Literae Senatus Sopronienſis d. 9. Aug. 1771. Archidiacono Agendorfenſi denegantis aſſiſtentiam pro caſu orphanorum euangelicorum. 155.) Intimatum C. R. L. H. d. 19. Aug. 1771. quo trina promulgatio ante copulationem Mi-

Ministris euangelicis non admittitur. 156.) Aliud d. 29. Aug. 1771. prohibens Ministrum Teszériensem Comitatus Honthensis in horreo preces peragere. 157.) Aliud d. 5. Septemb. 1771. quo Comitatui Neogradiensi demandatur inquisitio de Ministro ad possessionem Banko illegaliter inducto. 158.) Aliud d. 12. Septemb. 1771. improbans eidem Comitatui modum in conuertenda Domicella Okolitsányi adhibitum. 159.) Aliud d. 13. Septemb. 1771. praecipiens Senatui Cassouiensi Vasa violenter ademta per Ministrum Euangelicum, restitui. 160.) Aliud d. 10. Octobr. 1771. quo prohibentur Ministri Thuroczenses exteris functiones ministeriales sine testimonio Parochi Catholici facere. 161.) Aliud d. eod. dat. approbans Sententiam Comitatus Gömöriensis de Ministris Csetnekiensi, et Berzethiensi propter excursiones in 100. fl. punitis. 162.) Aliud d. 14. Octob. 1771. quo cassantur excessus Studiosorum, et aliorum festo natiuitatis Dominicae, Paschatis &c. 163.) Intimatum C. R. L. H. d. 18. Octob. 1771. Alsó - Dörgicsensibus erectionem Oratorii A. C. admittens. 164.) Aliud d. 24. Octob. 1771. prohibens trinam promulgationem, et adparatum nuptialem. 165.) Aliud d. 16. Septemb. 1771. quo praeter festa in Breui Pontificio expressa, etiam S. Stephani Regis, et B. Pauli celebranda iubentur.

Tomo IX. *Pag.* 384. *continentur ab anno* 1771. *vsque* 1781. *sequentia*: 1.) In-

Intimatum d. 2. Jan. 1772. C. R. L. H. quo Ludimagistri euangelici in Comitatu Neogradiensi, a muniis parochialibus amoti ad Notariatum pagensem restringuntur. 2.) Aliud d. 27. Jan. 1772. de apostatis honesto carceri includendis. 3.) Aliud d. 20. Febr. 1772. de Ministris in Comitatu Neogradiensi ob excursiones praemonitis Actione fiscali conueniendis. 4.) Mandatum regium d. 13. Mart. 1772. quo petitur informatio a magistratu Sopronienſi de ereptis orphanis euangelicis per Parochos in Agendorf, et Luipersbach. 5.) Aliud d. eod. dato de iisdem orphanis iuxta dispositiones factas tractandis. 6.) Intimatum C. R. L. H. d. 9. April. 1772. quo Minister Joh. Trsztyenszky Klenoczensis ob diuersae religionis copulatas personas a S. Sede Tyrnauiensi incarceratus, illico dimitti iubetur. 7.) Aliud d. 18. Maii 1772. quo Ecclesiae Lucsonensi in Comitatu Neograd. filialis Sáfonház, relicto Ludimagistro, adimitur. 8.) Aliud d. 29. Maii 1772. praecipiens Comitatui eidem in Ministrum Bánkensem inquisitionem. 9.) Aliud d. 4. Jun. 1772. praescribens regulas directiuas Censoribus, et Tricesimatoribus de Libris in Hungariam inferendis. 10.) Aliud d. 22. Jun. 1772. de non arcendis Ministris a visitatione captiuorum suae religionis. 11.) Aliud d. 20. Jul. 1772. quo Plebanus Monakiensis in Comitatu Zemplinienſi propter illegales exactiones ab euangelicis extortas reprehen-

henditur. 12.) Aliud d. 21. Aug. 1772. de amouendis impedimentis in Comitatu Neogradienſi circa conuerſionem incarceratorum Apoſtatarum. 13.) Aliud d. eod. dato de quibusdam apoſtatis in eodem Comitatu ad vnius anni carceres condemnatis. 14.) Aliud d. 16. Octob. 1772. quo incarceratus ob copulatum D. Szent-Miklosy cum Eſthera Gömöry Miniſter Trſztyenſzky ab viteriori carceris poena abſoluitur. 15.) Aliud d. 30. Nouemb. 1772. de maleficis ſine conſenſu medici torturae haud ſubiiciendis. 16.) Aliud d. 15. Decemb. 1772. ad Senatum Eperjeſſenſem de non arcendis Miniſtris euangelicis a viſitatione captiuorum. 17.) Aliud d. eod. dato normam praeſcribens celebrandorum Feſtorum. 18.) Aliud d. 18. Febr. 1774. de reddenda per Comitatum Neograd. ratione propter Miniſtrum Szirákienſem Joh. Hajnal ob viſitatam filialem actioni fiscali non ſubiectum. 19.) Aliud d. 15. Mart. 1774. quo Plebanis viſitatio aegrotorum ſolis cum ſolo admittitur. 20.) Aliud d. 26. Mart. 1774. quo Miniſter Szulyovienſis matriculam ſua cum ſubſcriptione authenticatam Parocho Loci Catholico extradare iubetur. 21.) Aliud d. 15. April. 1774. quo Eccleſiae filiales Kis-Sztraczin, Zichlevnik, Toth-kekes, Brezova euangelicis ademtae Parocho Alsó-Eſztergályienſi ſubiiciuntur. 22.) Aliud d. 3. Maii 1774. quo Feketę-Lehotenſibus in Comitatu Gömöriensi Oratorium ex ſolidis

ma-

